

## Les Bibliothèques Virtuelles Humanistes

Extrait de la convention établie avec les établissements partenaires :


- ces établissements autorisent la numérisation des ouvrages dont ils sont dépositaires (fonds d'Etat ou autres) sous réserve du respect des conditions de conservation et de manipulation des documents anciens ou fragiles. Ils en conservent la propriété et le copyright, et les images résultant de la numérisation seront dûment référencées.
- le travail effectué par les laboratoires étant considéré comme une « œuvre » (numérisation, traitement des images, description des ouvrages, constitution de la base de données, gestion technique et administrative du serveur), il relève aussi du droit de la propriété intellectuelle et toute utilisation ou reproduction est soumise à autorisation.
- toute utilisation commerciale restera soumise à autorisation particulière demandée par l'éditeur aux établissements détenteurs des droits (que ce soit pour un ouvrage édité sur papier ou une autre base de données).
- les bases de données sont déposées auprès des services juridiques compétents.

Copyright - © Bibliothèques Virtuelles Humanistes

# MODVS

ORANDI DEVMPER  
Des. Erasmus Roterodamū.

Opus per ipsum autorem diligenter & recognitum & locupletatum.



Basileæ apud Ioannem Frob. Anno M. D.  
XXV. Mense Martio.



CLARISSIMO POLONIAE BARONI,  
Hieroslao de Las Ko, & in Lithuania, Par  
latino Siradiensi Erasmus Rot. S. D.



IC reciprocis uicibus obam  
bulant Gratiarū munera Hie  
roslaë uir clarissime. Relique  
ras apud me pignus amoris  
in me tui, redit ad te uicissim  
pignus animi mutui, quē hinc  
proficiscens stipulabare.

Charites am  
citiæ præsi  
des.

Quum omnia Mosaicæ legis sacrificia sint antiquata  
per Euangeliū, nullum sacrificij genus uel diligentius  
tradidit princeps noster Iesu, uel religiosius ample  
xi sunt huius discipuli, quām uitulos labiorū, ut Oſec  
uerbis utar: Id cōſtat tribus patiſſimū generibus, aut  
uotis, aut gratiarū actiōe, cui finitima eſt laus, aut hy  
mnis. Hymnus eſt, quū animus, cōſiderata dei subli  
mitate, rapitur in laudē illius, cui ſoli debetur oīs glo  
ria. Paulus apostolus ad Coloff. cap. 3. tria coniungit  
eiusdē generis, psalmū, hymnū, et canticum: Docētes,  
Inquit, & commonentes uos in uicem in psalmis, hy  
mnis, & canticis spiritualibus, in gratia, cantantes in  
cordibus ueſtris deo. Psalmus Græcis cantionē ſonat,  
quod uidetur eſſe uocabulum omnibus commune, que  
ad laudem dei uel hominis pertinent: unde & psalmi  
quidam inscribuntur ipſi David, uelut in laudē illius

cap. 14:  
Ευχὴ εὐχα  
ριστία, ὑμε  
νος.

## MODVS ORANDI PER

conditi. Hymnus proprele dici uidetur laudatio numeris: Te decet hymnus deus in Sion. Vnde & ethnici poëtæ carmina, quibus efferunt diuos suos, hymnos appellant, quales extant adhuc Orphei & Homeritæ tulo. Porrò canticum quod græcis est ὡδὴ, quiddam esse uidetur utroq; sublimius, nimirum laus illa, quā deo canunt angeli ac piorum animæ quæ iam mortaliitatē exuerunt. Nam in Apocalypsi uirgines habent canticum nouū, quod nemo potest discere, præter illos qui sequuntur agnum quocunq; ierit. Alio, qui quid queruntur in psalmo: Quomodo cantabim⁹

**Cap. 14.** Psal. 136. canticū domini in terra aliena: Et Paulus cupit dissolu-

**Philip. 1.** ui, & esse cū Christo, ut hoc canticum domini possit canere. Rursus idem Paulus in epistola ad Ephesios,

**Ephes. 5.** eodem ordine iungit hæc tria: Sed imple amini, inqt, spiritu sancto, loquentes uobis metipsis in psalmis, hymnis, & canticis spiritualibus, cantantes & psallentes in cordibus uestris domino. Totum autem hoc genus Paulo spirituale uocatur, quod omnis hæc laudatio, etiam si quando pars aliqua tribuitur homini, referatur ad gloriam dei. Habet enim & mundus psalmos, hymnos & canticæ sua, quibus aut noxios dæmones, aut homines pro diis celebrant, aut homines hominibus adulantur, laudantes nonnunquā & que pia sunt, nō solū in hominibus, uerū etiam in his quos pro diis colunt. Cæterum qui spiritū hausere Christi, nesciunt laudare nisi patrem, filium, & spiritum sanctum:

D E S . E R A S M V M R O T .

Etum: quibus solis debetur, quicquid est uerè laudis, si  
ue in cœlis, siue in terris. Adiicit Paulus, psallentes in  
cordibus uestris domino. Quid est domino? Qui iu  
stitiam suis uirtutibus tribuunt, nō psallunt domino,  
sed sibi (quod aiunt) intus canunt. Rursus qui fidu  
ciam suā & gloriam collocant in Moyse, Francisco,  
Benedicto, Dominico, aut Augustino, nō canūt domi  
no, sed hominibus. Tunc maxime glorificatur deus,  
quū homo agnoscit, q̄ ipse sit nihil ex se. Quid sibi  
uult in cordibus uestris? Ne quis putet deum inani uo  
cum boatu, aut modulato musicorum binnitu, aut or  
ganis quibus nūc ubiq; templa perstrepuint, delectari:  
non quod musicam corporalem damnem, si modice,  
si sobrie cultuq; diuino digna adhibeatur: sed ut ostendam  
ista nihil esse, si absit tacitus ille pietatis affectus  
in deum, que deo cantio est gratissima, etiam si nul  
lus uocum strepitus accedat. Quoniam aut̄ deus semper  
et ubiq; mirabilis est, nō oportet hominem Chris  
tianum unquam cessare à psalmis, hymnis & canti  
cis spiritualibus. Huic generi finitima est gratiarum  
actio, que magis pertinet ad bonitatem dei, quam ad  
magnitudinem. Psalmus est, quū illi canimus: Lauda  
anima mea dominum, laudabo dominum in uita mea, Psal. 145.  
psallam deo meo quam diu fuero. Hymnus est, quem  
illi canimus: Benedicant omnia opera domini domi  
no. Hic enim mens in omnibus rebus cōditis stupet po  
tentiam, ac sublimitatem incomprehensibilem condi  
a 3 toris

## MODVS ORANDI PER

toris. Canticum erit, quum animus afflatus desiderio  
uite cœlestis, ac uelut euolare gestiens è corpore, cas-  
nit illi: *Quam dilecta tabernacula tua domine uirtu-*  
*tum. Concupiscit et deficit anima mea in atria domi-*  
*ni. Cor meum, et caro mea exultauerunt in deum uis-*  
*uum. Gratiarum actio crit, quum illi canemus: Confis-*

**Psal. 85.** temini domino quoniam bonus, quoniam in æternum

**Psal. 88.** misericordia eius. Et, misericordias domini in æternū  
cantabo. *Quemadmodum hymnus opponitur blasphemie,* ita gratiarum actioni opponitur ingratitudo. De-  
trahunt autem gloriae dei, qui quod illi debetur, tribu-  
unt humanis uiribus, et ex benefactis laudem huma-  
nam uenantur. Eoq; Paulus Colloſſensib⁹ ſcribens:

**Cap. 3.** Omne, inquit, quodcunq; facitis, in uerbo aut in ope-  
re, omnia in nomine domini nostri Iesu Christi: nimi-  
rum ut semper illud haberent in corde, quod omnibus  
Christianis est in ore: *Sanctificetur nomen tuum.* Itē  
non ſolum blasphemii ſunt in deum, qui uerbis impijs  
in illū debacchantur, uerum etiam quicunque nomen

**Matth. 5.** illius profeffi, uiuunt impie. Ut uideant, inquit, opera  
uestra bona, et glorificant patrem uestrum qui in cœ-  
lis est. Gratissimum deo canticum modulabantur mar-  
tyres, quum ſua corpora tradebant tyrannorum libidi-  
ni diris tormentis excruicianda, etiam quū lingua exe-  
cta, nullas laudes ſonare poterant. Nam uita quorun-  
dam Christianorum, præſertim eorū qui dignitate ac  
titulo ſe Christiane religionis duces profitentur, ſi ni-  
bil

## DES. ERASMVM ROT.

bil ament præter ea que sunt huius mundi, quid ali =  
ud est, quam perpetua in deum blasphemia? Si no ,  
men dei propter Iudeos non obseruantes legem, bla ,  
sphemijs afficitur inter gentes , iuxta Pauli sententia  
Rom. 2.  
am : quanto iustius idem dicetur in eos , qui pietatis  
Euangelicæ culmen tenent, & tota uita pugnant cum  
Euangelicis præceptis? Nimirum propter hos , non  
solum inter gentes male audit adorandum illud no t  
men Iesu Christi , uerum etiam inter Christianos .  
Non enim libet referre quid ad suos reuersi dicere so  
leant Turcarum oratores , qui Romæ aut apud ali  
os Christianos principes egerunt dies aliquot . Nec  
difficile est coniectare, quid de nobis dicant gentes an  
te hac ignota , quarum terras & opes nunc armis ins  
uadimus , non ut illos lucrifaciamus Christo, id enim  
alijs rationibus tentandū erat, sed ut ditionem uel ty  
rānidem potius nostram propagemus, ac diuitias no  
stras quas deo præferimus augeamus, ubi tantum au  
riciae , libidinis ac crudelitatis conspexerint in mori  
bus eorum qui Christi crucē profitētur, ut illi quos ceu  
feras ipetim⁹, hoīes, nos ad illos collati ferē nō hoīes  
uideamur, tantū abest ut Christiani. Quanto uero cū  
animi dolore quotidie cogimur audire prophanos ho  
mīes, si tamē fas est ullū Christianū dici pphanum, ob  
sacerdotū quorūdā impiā uitā cōuicijs impetētes san  
ctum Iesu Christi nomē. Sunt isti, inquiūt, quos Chri  
stus reliq̄ nobis suā potestatis ac doctrinæ uicarios?

¶ 4      Sunt

## MODVS ORANDI PER

Sunt isti qui tractant deum suis cōsecratis manibus,  
sunt isti qui sic ligant ac soluunt in terris, ut deus idē  
quod ipsis placitum fuerit approbet in cœlis? Iam  
quod illi non uerentur addere talibus blasphemis, u-  
tinam nobis liceret inficiari, saltē liberet corrigerē.  
Sunt fortassis hæretici, gentibus ac Turcis semichri-  
stianis nocētores. Ac merito clamatur in hos qui ta-  
lium impiam insaniam adiuuant. At qui nam magis  
adiuuant, quām sacerdotes palam tota uita pugnan-  
tes cum doctrina Christi? Nunc hos nunc illos in ius-  
uocant Theologi ac monachi quod uulgo male audi-  
ant, ac propter ipsos Christus. Quur interim malu-  
mus imitari Adam & Cain quorū alter culpā reiecit  
in uxorem, alter maluit deo conuiciari quām crimen  
agnoscere, neuter nec fateri nec corrigerē uoluit, q̄  
audire Paulū salubriter iuxta ac amāter admonentē  
nos in epistola ad Corinthios secūda. Nemini dātes ul-  
lā offensionē, ut non uituperetur ministeriū nostrū,  
sed in oībus exhibeamus nos metipos sicut dei mini-  
stros. Quid hoc est qđ dicit in omnibus? Nū in au-  
cupijs, famulitio, copijs, ditionibus, pedis, galcris, pōl-  
pis, minis, bellis, opibus, principū foederibus? Nequaq̄  
In quibus igitur? Non auderem respondere, nisi Pa-  
lus nominatim expressisset omnia. In multa, inquit,  
patientia, in tribulationibus, in necessitatibus, in angū-  
stijs, in plagijs, in carceribus, in seditionibus, in labo-  
ribus, in uigilijs, in castitate, & sciētia, cæterisq; que  
magnus

DES. ERASMUS ROT.

magnus ille sine pedo episcopus illic prosequitur.  
Hæc auersamur, hæc abominamur, sed per hæc nobis  
abominanda, Paulus glorificauit nomen domini Ie-  
su Christi. Indignantur Dominicales ac Frāciscani,  
apud quosdam incessi nomen autorum suorum, mul-  
ta causantes, & quiduis potius tergiuersantes quam  
agnoscentes culpam suorum per quos male audiunt,  
Dominicus & Franciscus. Christi gloriæ cum pri-  
mis studeendum est. Et tamen si piorum hominum glo-  
ria studendum arbitramur, ea præstemus per quæ illi  
gloriam inter homines non ambierūt quidem sed me-  
ruerunt, ea corrigamus, quæ suggestunt maledicis oc-  
cationem, non quod horum excusem maledicentiam,  
Ut enim damnati sunt, qui propter paucos malos de-  
testantur omnes, aut qui propter uitia fungentium  
sacerdotio, damnant ipsum sacerdotium: ita nec ex-  
os ferimus, qui oblii christianaæ modestiæ seditione  
uociferatur in uitia sacerdotum, perinde quasi ipsi  
uacent culpa, sed quod nos prorsus inculpatos esse  
cupiam, monitore Paulo, qui scripsit nemini dātes ul-  
lā offensionem. Nemini dicens, nullam excipit perso-  
nam: quum addit ullam offensionem, amputat omni-  
ne genus offendiculi. Itaque qui uere diligunt Chri-  
sti principis sui gloriam, quemdmodum nunquam  
deest occasio laudandi dei, quoniam in omnibus &  
quocunq; uertas oculos, gloriosus est & admirabi-  
lis: ita quoniam nunquam cessat illius in nos benefi-

## MODVS ORANDI PER

centia, semper est unde gratias agant. Nec enim in letis tantum agendæ sunt gratiae, uerum etiam in afflictionibus, quas ideo frequenter immittit nobis, ut emendet ac seruet, nonnunquam ut exercenda uirtutis materiam suppeditet. Egit gratias Paulus, quod Epaphroditum ex grauissimo morbo restituit. Egit gratias, quem ter precatus dominū ut auferretur stimulus carnis, & abigeretur satanas colaphis ipsum cädens, audisset:

**2. Cor. 12.** Sufficit tibi gratia, nā uirtus in infirmitate perficitur.

Hoc sensit Paulus scribens Ephesij in loco quem modo retulimus: Gratias semper agētes pro omnibus in nomine domini nostri Iesu Christi deo et patri. Parē semper agere gratias ei, q semper bene facit, tū in omnibus, qui p̄ inscrutabili cōsilio oīa nobis uertit in bonū, etiā illa que uidetur esse noxia. Laus igitur et gratiarū actio perpetuū est sacrificium omnū Christianorū, sed præcipue quū illius morte, qua nos redemit, ac mystici corporis societatē sacri panis & mystici calicis cōsecretiōe representamus. Vnde & huic rei proprie nomē inditū Eucharistie, quāquā eadē Gratiis dicitur synaxis, id est, cōciliatio, quod pariter ibi representetur scđus charitatis inter oīa Christi membra, unde & Latini cōmunionem uocant. Horū utrūque, laus & gratiarum actio nō modo nō cessat post hanc uitā, uerum etiā perficitur. Hic dū animus graduatur hoc mortali corpusculo, ut est imperfecta cognitio magnitudinis & bonitatis illius, ita est imperfecta

**Cap. 5.**

fecta

D E S . E R A S M V M R O T .

fecta tū laudatio , tū gratiarū actio . Illic quo clarius in  
 tue bimur , hoc excellentius laudabimus , clamātes cū Esaiae. 6.  
 seraphicis spiritibus : Sāctus , sanctus , sanctus dominus  
 exercituū : Plena est oīs terra gloria eius . Iāq; qd' ans-  
 te suspirabamus adepti , & qd' ante spe sequebamur ,  
 iā re assequuti , canemus cū David : Sicut audiuimus ,  
 sic uidimus in ciuitate domini uirtutū , in ciuitate dei Psal. 47.  
 nostri . Cæterū ut gratiarū actio laus quædam est , ita  
 nonnunquā est & petitio , de qua nūc instituimus dice-  
 re . Quandoquidē & inter homines , qui diuiti pro be-  
 neficio dato gratias agit , tacite prouocat illius libera-  
 litatē ad maiora largiendū . Quis autē dco ditior aut  
 benignior ? Nūc quidē interim gratias agētes pro dei  
 donis exultamus , sed cū tremore , nimirū incerti , num  
 quod datū est , sit futurū nobis perpetuum . Si quidē ei  
 qui stat uidendū est ne cadat : & nostra negligētia fit  
 nōnunquā , ut subducat sc̄e dei gratia , uelut ab indig-  
 nis : nonnūq; ipse deus , licet non offensus , auertit à no-  
 bis uultū suū , nosq; nobisip̄sis ad tempus relinquit , ne  
 ueniamus in maius discriminem , impia nostri fiducia . In  
 ciuitate cœlesti , plena gaudiorū erit ista gratiarū a-  
 ctio : qd' secura erit præteriorū honorū memoria , nec  
 ullus pdēdi qd' tenemus , metus offuscabit letitiā cordis  
 nostri , neq; qcquā deerit uotis nostris , qd' felicitatē no-  
 strā reddet imperfectā , præsertim ubi totū Christi cor-  
 pus iā erit ad felicitatis eternæ cōsortiū collectū , suō  
 que capiti sociū . Porro quādū uersamur in hoc exi-  
lio ,

## M O D V S O R A N D I P E R

lio, quoniam et malorum plena sunt omnia, et bonorum uel imperfecta, uel incerta possessio, cōsequitur, ut semper fit orandus deus, ut nos à malis urgentibus eripiat, et sua dona in nobis augeat, et quod largiri dignatus est, uelit esse propriū ac perpetuum, et quod hic cœpit in nobis, perficiat in uita futura. Primū ita, que si uidetur, discutiamus quid sit precatio sive oratio. Quanquam hæc uox in hoc sensu non omnino pbatur, bis, qui religiosius obseruāt elegantiā Romani sermonis. Nam ut Latine dicitur orare qui roget, ita nō sat Latine dicitur pro deprecatione oratio, nec satis apte dicitur orator, qui roget. Orationem pro deprecatione Christianorū usus recepit. Oratorem pro deprecatore quod nūc usurpant, nemo ueterū, quod sciā, ausus est dicere. Sed ut, omissa uerborū cura, de re persagamus, hæc tria: laus, gratiarū actio, et precatio: tam et si ratione uerius quod re discreta sunt, ac ferè cohērēt, nunc tamen docendi gratia separabimus. Est igitur precatio erectio mentis in deū cum studio quippiam ab illo impetrandi. Iam hæc ipsa finitio statum declarat, quantum absint à precando, qui psalmos non intelligendos, etiam si attenderent, inani labiorū strepitū personant, animo per omnia curarum inanium ludibria uolitante. Paulus autem nonnunquam duas uoces uelut idem significantes, sibi copulat, oratio nem et obsecrationem, sic ut precationi respondeat ὁροσύνῃ, obsecrationi δέκτῃ. Sic enim scribit: Nil bil

## DES ERASMVVM ROT.

hil solliciti sitis, sed in omni oratione & obsecratio / philip.4.  
 ne cū gratiarum actione petitiones uestræ innotescāt  
 apud dcum. Rursus ad Ephesios 6. Per omnem ora =  
 tionem, & obsecrationem: ubi quod Latinus uer ,  
 tit, orationem, Græcis est ωροσθυχη, quod obsecra  
 tionem, δέκτις. Ambrosius pro obsecratione uertit,  
 precem. Idem in epistola ad Timotheum priore, tres Cap.2.  
 uoces coniungit, ωροσθυχην, δέκτιμ, Εὐτεγίμ.  
 Obsecro igitur, inquit, primum omnium fieri obsecra  
 tiones, orationes, postulationes, gratiarum actiones  
 pro omnibus hominibus. Ambrosius δέκτη uertit,  
 deprecationes: προσθυχαὶ, orationes. Cæterum qđ  
 est εὐτεγίς, uerti poterat, interpellations. Nam  
 in epistola ad Romanos capite 8. quod Græcis est,  
 δέκτη Εὐτυχίαν ὑπερέχει μῶψ: Interpres reddidit:  
 Qui etiam interpellat pro nobis, uidelicet utens uer  
 bo unde deducta est εὐτεγίς. Sunt autem qui putēt,  
 his tribus uerbis idem significantibus, nihil aliud de  
 clarari, quam uehemētiā, instantiamque precatio  
 nis. Qui discrimen ostendere conantur, inter se pa  
 rum consentiunt. Siquidem Augustinus in epistola  
 quadam ad Paulinum, existimat δέκτη id est,  
 deprecationes, dici preces illas quæ siunt, ante quam  
 benceditur id quod est in altari: ωροσθυχαὶ, id est,  
 orationes, quum benedicitur, aut, ut Augustinus lo  
 quitur: Sanctificatur, & distributioni præparatur.  
 εὐτεγίς, quum sumptis mysterijs sacerdos benedi  
 cit

## MODVS ORANDI PER

cit populo, uelut intercessor offerens suos misericor-  
dissimæ potestati: demum in fine adduntur gratia-  
rum actiones. Græcorum scholia sic distinguunt, ut  
δέησις sit, quoties precamur ut à malis urgentibus,  
aut etiam imminentibus liberemur: ωστε χάρις, quo-  
ties uotis optamus bona: ἐντευξία, qua querimur de  
his, qui nos affligunt, quemadmodum uidua inter-  
pellauit iudicem. Aut, sicut interpretatur Theophyla-  
ctus, quum intercedimus pro his qui affligunt nos,  
ut resipiscant. Huic differentiæ suffragatur & uo-  
cum ipsarum etymologia, & rerum natura. Siquis  
de m δέομαι Græcis & egeo sonat, & rogo. Por-  
rò rogo supplicis uerbum est. Et qui premente ne-  
cessitate eget auxilio, supplex est. Item ἐυχομαι  
Græcis sonat, opto: ευχή, uotum. Postremo ἐντευξία  
intercessionem sonat, siue interpellationem, qua peri-  
clitanti succurrit, qui autoritate ualet apud eū qui of-  
fensus est. Primum autē est liberari à malis, unde &  
hodie rem diuinam à confessione & absolutione deli-  
ctorum auspicantur, proximum optare bona nobis ac  
fratribus, perfectissimum autem interpellare deū pro  
bis qui Christum in suis membris persequuntur, ne dēt  
pœnas impietatis suæ, sed resipiscentes conuertantur  
ad dominum. Ambrosius deprecationes refert ad re-  
ges, orationes ad cæteros, qui magistratu publicáue  
potestate funguntur: postulatiōes ad eos qui uarijs pre-  
muntur malis, ut eruantur, & liberati, dominum col-  
laudent

DES. ERASMVM R.O.T.

laudet incolumentis autorem. Mibi, si quid interest,  
aero proprius esse uidetur, quod à Græcis traditū est.  
Et hactenus quidem de ratione nominum, deq; uaria  
rei proprietate. Nunc paucis aperiendum, quāta cu Diuīsio totū  
ra nobis dominus Iesus, atq; huius amici precandi stu us libri.  
dium & assiduitatem commendarint, non tantū præ  
ceptis, sed etiam exemplis: deinde quur ea res no  
bis tanta sollicitudine fuerit tradita. Mox ostēdemus  
in orando quatuor potissimū esse spectanda, quis sit  
quem oras, qui sis qui oras, quid ores, & quomo  
do sit orandum. Ut igitur primum absoluam, Lucæ  
cap. 18. quum dominus superiore sermone docuisset,  
quantis in periculis ueretur hominum uita, digna  
tus est & remedium indicare. Certissimum autem in  
malis præsidium est auxilium dei, quod ille nobis semper  
paratum forc pollicitus est, si uotis ardentibus ac  
instantibus flagitemus. Hoc præceptum ut altius infi  
geretur animis auditorū, adhibuit parabolā, de iudi  
ce impio pariter atq; improbo, qui tametsi deum non  
metueret, nec homines reuereretur, tamen fatigatus  
indefessa uiduæ cuiusdam interpellatione, fecit tan  
dem quod rogabatur. Quod si muliercula quo poenas  
sumeret de aduersario, tāta instituit improbitate, quan  
to instantius oportet nos ea petere, que cōducunt ad  
eternam felicitatem? Et si iudex impius ex impu  
dēs delassatus mulierculæ interpellationibus, præstitit  
quod petebatur, quanto magis deus natura benignus  
audiet

## MODVS ORANDI PER

audiet preces ad se clamantium? Rursus apud eum /  
dem capite II. rem eandem alia commendat parabo =  
la nocturni postulatoris, qui clamoribus & pulsatio  
nibus improbis huc adegit excusantem amicum, ut  
media nocte surgat è lecto, & donatis panibus, quoti  
quot opus essent, flagitatem molestum abigit, mai  
gis tædio uictus, quām impulsus benevolentia. Confer  
interim frigidum illum amicum cum deo, tres pa  
nes cum æterna uita, & intelliges quanto nobis in  
stantius, maioreq; fiducia sit orandus pater cœle  
stis. Eodem pertinet, quod quum dominus suis di  
scipulis nihil prescrivisse legatur de uestitu, de ci  
bo potuue, de ieiunijs, tamen orandi formam dili  
genter prescrivit, quam non iussit peti à Moyse,  
aut prophetis, nec à Ioanne, qui certas quasdam  
orandi formas tradidisse legitur: sed ipse peculiarem  
proposuit: non usurus tanta hac in re diligentia, nisi  
præcipua quædam pietatis pars esset deprecatione. Ru  
sum apud Matthæum cap. 6. quām diligenter cohori  
tatur ad orandum? Quum enim prius exemisset illis  
omnem solicitudinem de uestitu, de uictu, de fama,  
de incolumitate, de uita: docet hæc omnia magna cū  
fiducia postulanda à patre: Petite, inquit, & dabu  
tur uobis, querite & inuenietis, pulsate & aperietur  
uobis: quisquis enim petit, accipit: & qui querit, in  
uenit: & pulsanti aperietur. Et ne dubitarent quin  
quod peterent, forent accepturi, aut aliquid illo salu  
brius,

## DES. ERASMVM ROT.

brius, adhibet similitudinem ductam à uulgi patrū  
in filios affectu, quorum nullus est tam durus, aut im-  
pius, ut si filius postulet panem, porrigit illi pro pa-  
ne lapidem; aut si postulet pīscē, porrigit illi pro pī-  
scē scorpium. Si huc cogit homines alioqui malos,  
nonnunquam & idololatras, naturæ pietas, ut liberis  
necessaria potentibus non negent quod petunt: quan-  
to magis pater ille cœlestis, natura benignus ac benes-  
ficus, qui charitate ineffabili prosequitur suos, nō ne-  
gaturus est hoc potentibus, quod ultro etiam largitu-  
rus erat nō potentibus? Repetit hoc promissum apud  
eundem Euangelistam cap. 18. Iterū dico uobis, quod  
si duo ex uobis consenserint super terram, de omni  
re quācunq; petierint, fiet illis à patre meo qui in cœ-  
lis est. Item apud Marcum 11. ueluti iurciurando se no-  
bis obligat, dicens: Propterea dico uobis: omnia quæ-  
cunq; orantes petitis, credite quod accipietis, & eue-  
nient uobis. Iam imminente crucis tēpore, nullo præ-  
sidio magis consolatur discipulos suos, quos erat ad  
tēpus destituturus, quām deprecationis. Quicquid, in Iohn. 14.  
quit, petieritis patrem in nomine meo, hoc faciā, ut  
glorificetur pater in filio. Si quid petieritis me in no-  
mine meo, hoc faciam. Iterum cap. 15. repetit & in-  
culcat quod dixerat, ne possit elabi: Si manseritis in  
me & uerba mea in uobis manserint, quodcunq; uo-  
ueritis, petetis, & fiet uobis. Ac mox: Quicquid pes-  
tieritis à patre d. t uobis. Rursum cap. 16. expostulat

b cum

## MODVS ORANDI PER

Ecum illis, quod hactenus nihil petissent, affirmans de  
uelut adiurās eos nihil frustra petituros: Amen amē  
dico uobis, si quid petieritis patrem in nomine meo,  
dabit uobis. Hactenus non petistis quicquā in nomi-  
ne meo, petite & accipietis, ut gaudium uestrum sit  
plenum. Similiter & apud Mattheum 24. ingruēte  
publica mundi calamitate, nō ad aliud præsidū nos  
mittit, quām ad precationē: Orate, inquit, ne fiat sui  
ga uestra hyeme uel sabbato. Et ne quis existimaret  
precationē frigidam & somniculosam sufficere, al-

Cap. 15. pud Marcum ita loquitur: Videte, uigilate, & orate.  
Itidem munit illos aduersus ingruentem tentationē:

Mat. 24. Vigilate & orate, ut non intretis in temptationem. Lu-  
cæ decimo: Rogate, inquit, dominum messis, ut miti-  
tat operarios in messem suam. Nec diſonat à domi-  
ni doctrina, doctrina Apostolorū. Sic Paulus 2. Thes-  
sal. 5. Semper gaudete, sine intermissione orate, in o-  
mnibus gratias agite. Rursus 1. ad Timoth. ca. 2. Vo-  
lo, inquit, uiros orare in omni loco, sustollētes puras  
manus sine ira & disceptatione. Similiter & mulie-  
res. Idem cupit uirgines ac coelibes manere liberos,  
ne diuellantur ab orando: & huius rei gratia uult ad  
tempus ex consensu dirimi usum coniugij. Sed praci-  
pue uiduas uult instare precationibus die ac nocte.

1. Pet. 5. Eandem cātionem nobis canit Petrus: Estote, inquit,  
sobrij, & uigilate in precationibus. Item Iacobus eū,  
cui opus est sapientia, iubet à deo postulare. Si quis  
affligitur

DES. ERASMVM. ROT.

affligitur ac moeret, hunc orare iubet. Tantū autem hic tribuit precationi, ut nō solū sibi impetrat orās, uerum etiā alijs pro quibus oratur deus. Si quis agrotat, iubet accersi presbyteros, quorū precibus & corporis & animi morbo liberetur. Deniq; uult, ut oēs Christiani mutuis apud deum precibus se se uicissim subleuent: Orate, inquit, pro uobis inuicē, ut saluemi ni. Multum enim ualet deprecatione iusti assidua. Nunc considerandum erit, dominus Iesus, quod tam diligenter tradidit, quanto studio conatus sit suorū animis infigere, suo frequenter exēplo prouocās discipulos ad orandū, ac uelut avis ad uolandū incitans pullos suos. Sæpius repetitur hoc in Euāgelicis literis, quod dominus secesserit in locū descrītū, aut conscenderit montem ut oraret. Interdū etiam solus. Nec dubitanz dum quin quotidie cū discipulis suis orauerit, quēadmodum ante cibum benedixisse & gratias egisse, & post cibū hymnōs in laudē dei cecinisse legitur. Quoties aut̄ relicta multitudine secessit ad orandū, pastores docuit, ut pro his quos regendos suscepserunt, frequenter orēt dominū, scientes infrugiferā esse doctoris ac monitoris operā, ni coelestis aspirauerit fauor. Nec enī dispēdiū est opis boni, si nōnūq; secretis precibus interrūptatur, nā et alacrior uegetiorq; reddit ad suū munus qui sic secessit, et auditoris desideriū intermissione modica redditū est uiuidius. Quoties aut̄ magnū qddā aggressurus eset domin⁹, ab orādo legitur

Iacobij. 5.

b 2 cœpisse

## MODVS ORANDI PER

cepisse auspicium, Lucæ 3. Baptizatus & egressus aquā, orasse legitur. Descēdit colūba & uox patris audita est. Hic est filius meus charissim⁹, ipsū audite. Hoc uidelicet erat felix auspiciū suscipiendi muneris Euāgelici. Similiter & gentiū uocationē auspicatus est Ioan. 12. Quum enim quidam ex gentibus uenire sent Hierosolymam adorandi gratia, ambientes per Philippum & Andream ut uiderent Iesum, dominus sic orat: Pater clarifica nomen tuum. Ac mox audit uocem cœlestem: Et clarificaui & iterum clarificabo. Orat excitaturus Lazarum, quod uel ex eo liquet quod scribit Ioannes: Pater ego ago gratias tibi, quoniam audisti me: nimirum orasse perspicuum est, qui se prædicat auditum. Præterea Lucæ nono: professio nem sui nominis, per quam salus esset omnibus parata, ab orando uoluit auspicari. Sic enim legitur: Quā esset solus orans, erant cum illo discipuli & interrogauit illos, dicens: Quē me dicunt esse turbæ? & uos autem quē me esse dicitis? Et audit ex ore Petri, Christianorum omnium celitus inspiratam professionem: Tu es Christus filius dei uiui. Ac uicissim Petri nomine audit omnis, Christi nomen ex animo profitens: Beatus es Simon Bariona. Et paulo post apud eundē Euangelistam, immortalitatis specimen aliquod ostensurus in monte, non prius transfiguratur quam orasset. Et facta est, inquit, dum oraret, species uultus eius altera, & uestitus eius albus ac resplendens. Nec alteri titulo

DES. ERASMVM ROT.

titulo dedicat ecclesiā suā, cuius typū gerebat templū illud Hierosolymorum, unde profligavit impurā turbam uendentium et ementium. Domus, inquit, mea, domus orationis uocabitur. Domus dei ecclesia est, in qua quisquis uersatur, uersatur autem omnis uere Christianus, cum non oportet aliud quam orare. Nā perpetuum pie uiuendi studium, iugis est deprecatio.

Dominus rogat pro Petro, ne deficiat fides illius: ex Luc. 22.  
rogat patrem ut alium paracletum mittat discipulis,  
ne deficiant in afflictionibus. Peracta cœna, quā post  
stremam egit ante mortem cum discipulis suis, subla  
tis in cœlum oculis, prolixius orat, ut per Euangeliū  
illustretur gloria patris, ut per Euangelij professio-  
nem scruentur non solum apostoli, uerum etiam o-  
mnes, qui ex uniuersis terra nationibus, usq; ad mun-  
di finem credituri forent euangelio. Vbi iam ingru-  
bat potestas illa tenebrarum, in orto nō solum flexis  
genibus, sed facie quoq; prostratus in terram, ter ac  
prolixius orasse legitur: præcipuosq; discipulorū qui  
subinde reperisset dormientes, monuisse, uigilarent  
et orarent ne uenirent in temptationem. Deniq; quum  
iam in ara crucis magnus sacerdos secundum ordinē  
Melchisedec peragit efficax illud et unicum sacrificiū  
quod et olim legis Mosaicæ typis adumbratū  
erat, et nunc quotidie sacri panis et calicis cōsecra-  
tione representatur, ingenti clamore uociferās, orat Mat. 27.  
patrē pro membris suis: Deus meus, deus meus, quir Mar. 15.

## MODVS ORANDI PER

me deseruisti? Tandem profert ex illam omnium absolutissimam charitatem, orans patrem pro crucifixis tibus, pro conuiciantibus et insultantibus. Tot exemplis dominus nos extimulare uoluit ad orandum. Nunc obseruemus, quam Apostoli non degenerarint ab instituto preceptoris. Post ascensionem domini, ingressi coenaculum, perseverat unanimiter in oratione.

**Act. 1.** Erant, inquit Lucas, omnes unanimiter perseverantes in oratione, cum mulieribus et Maria matre Iesu et fratribus eius. Rursus suffecturi Mattheum in locum Iudea, qui perierat, orant: Tu domine, qui corda nosti omnium. Hoc auspicio datus est spiritus, unde coepit regnum Euangelicu. Hoc auspicio sartus est numerus apostolici senatus. Hoc auspicio consecratus Euangelij prouentus ille primus quasique primitiae. Quem eni uno die accreuerissent discipulorum numero tria milia, quid subiicit Lucas?

**Act. 2.** Erant, inquit, perseverantes in doctrina apostolorum et communicatione fractionis panis, et oratione.

**Act. 3.** Mox Petrus et Ioannes orandi gratia pertinat templum circiter horam nonam, qua tum erat solene Iudeis orare, atque ibi pro foribus templi claudum sanaret in nomine Iesu. Rursum quem Euangelij subolescetem in dies gloriae sacerdotes ac pharisaei ministris conarentur obruere, prius illus Christi grex non aliud confugit

**Act. 4.** quam ad preces. Unanimiter, inquit, levauerunt uocem ad eum et dixerunt: Domine tu qui fecisti celum et terram et cetera. Et quem orassent, motus est locus, in quo erant

## DES. ERASMVM RÖT:

erant cōgregati, et repleti sunt omnes spiritu sancto. Post ubi magis ac magis increuisset multitudo credētium, adeo ut apostoli prospiciētes omnibus, cura rerum humiliorum grauarentur, non alio prætextu requirunt diaconos, qui mēsis präcessent, quām ut ipsis uacaret instare doctrinæ sacre ex precibus. Nos, in Act. 6. quīunt, orationi ex ministerio instātes erimus. Agnoscimus, ex otium ex negocium Apostolicū nihil aliud esse quām docere ex orare. Iam delectis septē diaconiis, nō citra precationem traditur autoritas ministrandi. Hōs, inquit, statuerunt ante conspectum apostolorum, ex orantes imposuerunt illis manus. Stephanus inter lapidum uolitantium tumultus, flexis genubus orat: Domine Iesu accipe spiritum meum, ex ne sta Act. 7. tuas illis hoc peccatum. Extrema morientis vox, non gemitus erat, sed deprecatione. Erat apostolis hæc potestas data peculiariter, ut impositione manuum tradarent spiritum sanctum, ijs qui credidissent. Hac tamē nō fungebantur, nisi p̄missa deprecatione. Proinde Petrus ex Ioannes in Samariā profecti, quod intellexiſet, ex Samaritanos ex prædicatiōe Philippi professionē Euangelicā ac baptismum recepisse, cæterū in n̄cminem illorum adhuc uenisse spiritum sanctum: primū pro illis orasse leguntur, ut acciperent, deinde manibus impositis impertisse quod decretat. Quid ille mirabilis Euangeliū propugnator Paulus, unde primum auspicatus est uitæ nouitatē? Nimirum aboran

## MODVS ORANDI PER

- Act.9. do, sic enim dominus loquitur Ananie: Et quare in domo Iude Saulum, nomine Tarsensem. Ecce enim orat. Quid est orat? Ambit Christianismum. Quare quam autem dominus non semper orasse legitur in ædendis miraculis, quod ex sc̄c naturaq; virtutē habet excitandi mortuos, quemadmodū ex ipse testatur apud Ioannem: tamen Apostoli quoties idem faciebant orasse leguntur. Quum enim Petrus Aeneane Ibidem paralyticū erigit Liddæ: Aenea, inquiens, sanat te dominus Iesus: quid aliud quām orat? Rursū Ioppe Dorcadem excitaturus, petit solitudinem, flectit genua, et
- Act.10. orat. Iam centurio Cornelius, cuius tantus fuit ardor fidei, ut prius meruerit accipere spiritum sanctum, quām tinctus esset baptismō, quid audit ab Angelo: Orationes tuæ ex eleemosynæ tuæ ascenderūt in memoriam in conspectu domini. Oranti letum nunciū affert angelus. Et Petro oranti de cōuersione gentiū, ostenditur uisio. Ascendit, inquit, Petrus in superiora Ibidem. 12. ut oraret circa horam sextam. Iam ubi Herodis saettia eò progreßa fuisset ut occiso Iacobo, Petrum apostolorum principem conieciisset in carcerem, quid fecit ille iam numerosus Christi populus? Nō insilijs in regem, non effregit carcerem, nullū cōcitauit in civitate tumultum, nō configuit ad artes magicas. Quid igitur? nemirum, ut legitur, oratio fiebat pro eo sine intermissione ab ecclesia ad decum. Nec mora, liberatur ab angelo, moxq; petit domū Mariæ matris Ioannis,

## DES. ERASMVM ROT:

nis, ubi erant multi congregati, orantes. Quin & Antiochiae, quum Paulus & Barnabas insigniuntur apostolici nominis autoritate, nihil sit absq; deprecationē.

Ibidem. 15.

Tunc, inquit, ieunantes & orantes imponētesq; eis manus, dimiserunt illos. Et illis uicissim Lystris, Iconijs & Antiochiae, quum per singulas ecclesias ordinant presbyteros, adhibetur deprecationē cū ieunio. Quin

& Philippis Paulus egressus ē ciuitate, petit locū ubi futura erat solennis deprecationē, atq; illic Christo Iudeo

crifecit Lydiam purpurariā. Rursus euntibus ad orā

Ibidem. 16.

dum, obstrepit puella Pythoni obnoxia, et liberatur.

Porrò quoties conueniebatur ad frangendū panem,

eadem opera conueniebatur ad orandū: id quod pri-

scis discipulis penè quotidianum erat. Isq; mos & in

posteros deriuatus est, ut quoties episcopi aut alioq

celebres uiri coirent, primum hospitalitatis auspiciū

esset deprecationē, deinde cōmunio, mox colloquium.

Paulus Miletō soluturus non prius adit nauim, quam

flexis genibus orasset cum omnibus fratribus, quorū

aliquot excuerat Epheso. Rursus Tyro proficisciēs,

steriles littoris arenas deprecationē consecravit, sic

enim legitur: Et positis genibus in littore orauimus.

Ibidem. 20.

Nimirum hoc erat, quod præceperat, leuantes puras

Ibidem. 21.

manus in omni loco. Eide Theſſalonicae, carcer erat

templum. Quin etiam apud Agrippā ac Festum cau-

Ibidem. 20.

sam dicens in uinculis orat, optans à deo, ut nō solum

aliquantulū sed uehementer omnes qui in eo cōfessiū

b 5 audiēbat

## MODVS ORANDI PER

audiēbant ipsum orantē, tales redderētur, qualis erat  
ipse, tantū exceptis vinculis. Orat et in nauī ceteris  
exanimatis metu, et donat̄ sunt illi oēs animāe quot  
quot erāt in nauī. Idē oēs epistolās suas auspicatur à  
**Ibidem. 27.** precādo. Quid enī illa solēnia: Gratia uobis et pax  
et c. aliud sunt q̄d precatio? Idē est exordiū oīum, pre-  
ter unicā ad Hebræos, que uel hoc argumēto nō uide-  
tur esse Pauli. Plerasq; preicatione claudit. Ad Roma-  
nos hāc habet clausulam: Gratia domini nostri Iesu  
Christi cū oībus uobis, Amen. Ad Corinth. prior, hāc:  
Gratia domini nostri Iesu Christi uobiscū. Charitas  
mea cū oībus uobis in Christo Iesu. Amen. Posterior  
hanc: Gratia domini nostri Iesu Christi, et charitas  
dei, et cōmunicatio sancti spiritus sit cū oībus uobis.  
Amen. Ad Galat. hāc: Gratia domini nostri Iesu Chri-  
sti cū spiritu uestro fratres. Amen. Ad Ephes. hanc:  
Gratia cū oībus qui diligunt dominū nostrum Iesum  
Christū in incorruptionē. Amen. Ad Philippes hāc:  
Gratia domini nostri Iesu Christi, cū spiritu uestro.  
Amen, Nec dissimilis est clausula ceterarū omnium,  
etīā illius que inscribitur ad Hebræos. Has clausulas  
uidetur ceu symbolum adiecisſe sua manū, etīā in his  
epistolis quas dictabat. Sic enī scribit ī ad Thes. secū-  
da: Salutatio mea manu Pauli. Quod est signū in oī  
epistola: Gratia domini nostri Iesu Christi cum oībus  
uobis. Amen. Iā in medijs epistolis quoties crūpit uel  
in hymnū, uel in gratiarū actionē, uel in deprecationē

ncm,

# DES. ERAS MVM ROT.

nem, uelut oblitus instituti sermonis? Sic ad Philip. Et  
pax dei, quæ exuperat omnē sensum cuſtodiāt corda Phil. 4.  
Et intelligentias ueſtras in Christo Iefu. Rurſus ad  
Ephesios cap. 3. Huius rei gratia flecto genua mea ad  
patrē domini nostri Iefu Christi, et mox crumpit in  
hymnū: Ei aut̄ qui potest oīa facere et c. Rurſus orat  
ſcribens Romanis: Optarim anathema eſſe à Christo  
pro fratribus meis, et c. Ac mox erūpit in hymnum:  
Qui eſt ſup oīa deus benedictus in ſecula. Amē. Rur  
ſus orat ca. 7. Infelix ego homo, quis me liberabit de  
corpore mortis huius? Rurſum cap. 11. diſputationem  
interrumpit hymnus: O altitudo diuitiarum et c. Muſ  
tis aut̄ locis teſtificatur, quod in quotidianis precibus  
ſuis memor eſſet omniū qui credidiffent Christo. Ut  
intelligamus illum nō ſine cauſa ſcribere: imitatores  
mei eſtote, ſicut et ego Iefu Christi. Nā ut in cæteris,  
ita hic quoq; retulit exēplū domini ſui. Atq; Ephesij ſcribēs ita loquitur: Hui⁹ rei gratia flecto genua mea  
ad patrē domini nostri Iefu Christi, ex quo oīs pater  
nitas in coeliſ et in terra nominatur, ut det uobis diu  
tias gloriæ ſue uirtutē, corroborari per ſpiritu eius,  
et c. Parū erat doſtori gentiū Euangeliſ cauſa tantis  
laborum, tantum periculorū fuſcipere, indefatigabile  
ſtudio prædicare uirtutē Euangelicam, curſitare per  
omnes eccleſias, ſcriptis ſuis conſirmare quos adi  
re non licebat. Nec ſatis eſſe putabat, ſanare et  
grotos, proſligare demones, excitare mortuos?

Rom. 9.

Certius

## MODVS ORANDI PER

Certius aliquod præsidium quærebat. Quod nam ille  
lud? Flexis genibus orat pro salute eorum, quos iam  
Christo lucrificerat. Et horum mutuas preces quāta  
solicitudine flagitat, quum alijs in locis, tum episto  
la ad Rom. cap. decimoquinto: Obsecro, inquit, ergo  
uos fratres per dominum nostrum Iesum Christū, et  
per charitatem sancti spiritus, ut adiuuetis me in ora  
tionibus uestris pro me ad deum, &c. Vtrunq; decla  
rat scribēs Colossensibus, orationi instate & uigilat  
te simul pro nobis, ut deus aperiat nobis ostiū sermo  
nis, ad loquendum mysterium Christi propter quod  
etiam uinctus sum, ut manifestem illud, ita ut oport  
et me loqui. Ab his exemplis precandi assiduitas de  
fluxit ad maiores nostros. Adeo quicquid illis ageba  
tur, aut erat deprecatione, aut deprecatione consecraba  
tur. Primū ut dixi congressum auspicabantur ab ora  
do, colloquium & conuiuiū precibus interrumpebas  
tur, digressio deprecationem habebat, somni initium  
erat deprecatione, qui frequenter & precibus interpel  
labatur. Vigilie matutinae principium erat depreca  
tio. Unde manent hodie in ecclesia cōsuetudinis pri  
scæ uestigia, sunt preces nocturnæ, sunt matutinæ,  
que ad primam dicuntur: sunt tertie, sextæ & nonæ.  
Sunt uespertinæ, sunt q; que coenam sequuntur &  
somnum præcedunt, quas completas uocant. Si quo  
discedebatur, siue redibatur aliquò, siue quid noui te  
tabatur, precatione consecrabantur omnia. Adeo ut

1.1.1.1.1.1.1.

Philo

## DES. ERASMVM ROT.

Philo de Christianorum instituto librum inscriperit,  
de vita contemplativa supplicum. Poteram hic ex  
priscis historijs permulta colligere, quae nobis decla-  
rant, quantum fuerit patribus nostris orandi studiū,  
ueluti de Iacobo, cuius genua ob frequentiam oran-  
di, camelorum instar callum duxisse leguntur. Sed  
mihi non est animus deprecationis commendatio,  
nem aliunde petere, quam è sacris libris. Nam ex ue-  
teris testamenti uolumina copiosam suppeditant ma-  
teriam hac de re differendi. In quibus omnis sancto-  
rum sermo, quid aliud est, quam cum deo confabula-  
tio? Aut enim queruntur, aut postulant aliquid, aut no-  
uent, aut de futuris consulunt, aut deplorant sua pec-  
ata, aut commendant amicos, quibus timent, aut gra-  
tias agunt pro beneficijs collatis, aut in dei laudes  
prorumpunt. Psalmorū liber quid aliud habet, quam  
perpetuum cum deo colloquium? Neque parum mul-  
ta suppetent indidem exempla, quam potens ex effi-  
cax res sit, pura ad deum deprecatio. In libro Gene-  
seos, non arbitror Abel obtulisse sacrificium absque  
precibus. Certe Enos filius Seth, primus occupauit  
orandi laudem, de quo scriptum est cap. 4. Iste coepit  
inuocare nomen domini. Artium humanarum inuen-  
tores tantum commemorati fuerant, solus Enos hoc  
elogio decoratur, quod autore deo successerit in lo-  
cum Abel. Post diluvium egressus ex arca Noë, nihil Gene. 12.  
prius curæ habuit, quam ut ædificaret altare domi-  
no, ex

## MODVS ORANDI PER

no, & immolaret holocausta. Abraham ut primum audiuit terre promissionem, extructa ara, inuocauit nomen domini: idem subinde fecisse legitur, quoties mutauit sedem. Exemplū hoc imitati sunt ceteri quoque patriarchæ, ne singula persequens tedium grauem

Ibidem. 20. lectorem. Eiusdē operis cap. uigesimo, orat Abrahā, & à morte liberatur Abimelech: & huius uxor, atq; ancillarū grec sanatur à sterilitatis uitio, quod

Cap. 8. illis immiserat iratus dominus. In Exodo Moses orat dominum, & intercuntranæ, quæ totam occupauerant Aegyptum.

Ibidem. 9. Iterum orat, & desinunt tonitrua grandóq; vastare regionem Aegypti. Rursus, quum offensus deus ob uitulum aureum, quem pro deo co-

Ibidem. 23. lucrat Aegyptiorum more, parat uniuersum populu internicione delere, deprecatus est Moses pro populo & placatus est dominus, ne faceret malum, quod loquutus fuerat aduersus populum. Actum erat & de Aaron, quod impie uoluntati multitudinis obsequēs uitulum conflatilem dedisset adorandū, ni Moses suis precibus diuinam iram restinxisset. Testatur hoc

Num. 10. Deuteronomij cap. 9. Sed ante, fortuna belli cū Amalechitis pendebat à brachijs Mosi deprecantis in monte. Nō sine precatione mouebatur arca. Dicebat enī Moses: Surge domine, & dissipentur inimici tui, & fugiant, qui oderunt te à facie tua. Nec sine precatio-

Num. 11. ne deponebatur: Reuertere domine ad multitudinem exercitus Israël. Precatione dabatur signū belli, precatione

## DES. ERASMVM ROT.

editione canebatur receptui. Rursum quum ignis domini deuoraret extrema castrorum Israël, clamauit populus ad Mosen, Moses clamauit ad dominum, et Ibidem. 12. subito absorptus est ultor ignis. Clamat idē ad dominum, et Maria quae Moysi detraxerat, lepra liberaatur. Iterum murmurat populus aduersus dominum, ac paratur ultiō, sed Moses blanda deprecatione miti, Ibidem. 14. gat accensam iram dei. Et audit: Dimisi iuxta uerbum tuum. Iam quum deus offensus seditione Chore pararet uniuersam multitudinem internicione deletere, Moses et Aaron pronā facie se prosternentes in terram, precibus impetrarunt a domino, ut poena non inuolueret nisi paucos seditionis autores, quos terra dehiscens uiuos absorbuit. Mox ubi recruduiſset populi murmur aduersus Mosen et Aaron, rursusque dominus pararet extinguere rebellem populum, orant prostrati in terram, iussuque Moysi Aaron stans inter mortuos, quos ignis domini consumpsérat, et inter uiuos iam morti proximos, incendit thymisia, precibus dominum exorans, ut cessaret plaga que iam absumpserat supra quatuordecim milia hominum septingentos. In deserto quū populus siti de Exod. 20. ficeret, ac res spectaret ad seditionem, Moses et Adaron pronī in terram orant, et aquarum uis elicetur ē petra. Iterum orto murmure, ob itineris prolixitudinem, deus iratus immiserat in populū serpētes ignes, eos multisque cadentibus multitudo territa, clamauit ad Mosen

## MODVS ORANDI PER

ad Mosen, Moses clamauit ad dominum. Et erigitur serpens æneus, qui conspectus liberaret illos à morte. Iosue. 10. tis discrimine. Mosi successor Iosue precibus ad dominum fusis, solis ac lunæ cursum remoratus est, donec ultus esset hostes suos. Sic enim legis Iosue cap. decimo. Tunc loquutus est Iosue domino, nimirum implorans auxilium domini, mox loquutus est soli et luna: Sol contra Gabaon ne mouearis, et luna contra uallem Haylor. In libris Regū tacite precatur Anna coniunx Helcanæ, et pro sterili fit mater felicissima proliis laudatissimi Samuelis. Qui quū populus Israëliticus expauisset ad rumorē irruentiū Philistorum, clamauit ad dominū, et exaudiuit eū dominus.

Cap. 7. Vicit Israël, domino pauorem omnem in hostē uertente. Idem clamauit ad dominum, et in tempore mesis subito orta est ingēs tempestas tonitrii atq; hymbrium. Non arbitror hic prætereundū, quomodo Da

2. Reg. 24. uid tam atrox uariumq; crimen ex iram domini supplici preicatione diluerit ac placarit. Idē cap. 24. plagiā domini saeuientē in populū, precibus mitigat, im

3. Reg. 5. molato sacrificio in area Areuna. Salomon quod prudēter petit à domino, multo cū fœnore cumulatū impetrat. Rursus templū iam extrectū exornatumq;

3. Reg. 17. prolixa dedicat preicatione. 3. Reg. cap. 8. Helias clamauit ad dominū, et in uitam reuocat Sareptana filium. Idē preicatione nō lōga impetrauit ignē de celo, Ibid. 18. qui cōsumeret totam uictimā toties aqua perfusam.

Rursum

DES. ERASMVM ROT.

Rursum orat pronus in uertice Carmeli, et post diutinam siccitatē subito ingens pluuiæ uis oborta est. *Hus* 4. *Regū. 4.*  
ius successor Helizæus hospitis suæ puerum uitæ restituit, fusis ad dominum precibus. *Ezechias rex mortem* 4. *Regū. 20*  
à domino denunciatam, precibus remoratur in annos quindecim. ubi redditur ad instaurandum templum domini, non petuntur auxilia à rege, sed precibus ac ieiunio prosperatur iter. *Ac Neemias nihil postulat à rege, nisi prius comprecatus dominū cœli.* Orat et *Tobias* 2. *Esd. 9.*  
*et Sara filia Raguelis, et utriq; pro tristibus letiora succedunt.* Tribus noctibus orat *Tobias* filius cum *Sara uxore, et iugulato dæmonio, felix coniugium pro funesto contigit.* Nónne fortissima uirago *Judith, Holophernem hostem orando deiecit?* Nec *He ster pulcherrimum facinus aggreditur, nisi prius triduaniis ieiunijs ac precibus implorato fauore numinis.* Daniel quum seruiret impio regi, tamen ter in die flexis genibus orabat dominum. *Oravit Ionas de uentre eccliam clamans ad dominum, et redditus est uiuus.* Iam superstitione cuiusdam diligentiae uideatur si pergam ex singulis prophetis orandi uel præcepta, uel exempla colligere, quum totus illorum sermo nihil aliud ferè sit, quam deprecatione. Hec abunde sufficerint ad declarandum, quanta fuerit antiquis orandi cura, quamq; diligenter nobis dominus Iesus eiusq; discipuli precandi assiduitatem instantiamq; tum præceptis, tum exemplis commendarint. *Habebat Ethnicorū superstitione in e depellens*

## MODVS ORANDI PER

depellendis malis, in aufficandis rebus, in agendis  
gratijs, in coniectando rerum euentu, suas expiationes,  
procurationes, aufficia, auguria, omina, oracula,  
la, annulos, incantamenta, triumphos, ouationes, sup-  
plicationes, sine quibus in prælium non ibatur, non fui-  
scipiebatur magistratus, non adibatur hereditas, non  
dacebatur uxor, non tentabatur nauigatio, non desir-  
gnabantur extruendæ urbi pomeria, non consultaba-  
tur de negotio publico, non fiebat concio apud popu-  
lum, non expiabantur fulmina, aut portenta, nos pro-  
tam multis unicum ac simplex habemus præsidium;  
sed illis omnibus efficacius, uidelicet puram ad deum  
deprecationem. Pro triumphorum, ouationum, et sup-  
plicationum inanibus pompis, habemus hymnos et  
gratiarum actiones. Verum hic fortasse nobis aliquis  
mouerit quæstionem. Quum dominus interdixerit Apo-  
stolis suis in orando multiloquium, testeturq; patrem  
scire quid nobis sit opus, etiam antequam petamus,  
quar apud Lucam idem doceat assidue orandum, nec

Matth 6. unquam cessandum ab orando? Similiterq; Paulus iur-  
bet nos citra intermissionem precari. Hæc sibi non ui-  
dentur constare. Deinde, quid opus sit assiduis ad deum  
clamoribus, quum ille nō ignoret, quid requirat nostra  
necessitas. Quod si tale est, ut conducat saluti nostræ,  
ille uel ultro daturus est: Sin minus, ne rogatus qui-  
dem dabit. Postremo qui consistit, ut damnet in pres-  
cando multiloquium, quū ipse legatur in orto et orati-  
se prop.

DES. ERASMVM ROT.

se prolixius, & ter eundem sermonem inter orandum  
repetisse. Ad quorum singula ut paucis respondeam :  
Quemadmodum hymni & gratiarum actiones non in  
hoc a nobis requiruntur, ut hinc quicquam commodè  
accedat deo, sed ut nostra imbecillitas exēcitamentis  
huiusmodi discat magis ac magis metuere uenerariq;  
dei magnitudinem, magis ac magis amare bonitatem,  
crebra contemplatione malitatis illius, ac beneficio  
rum illius in nos commemoratione : Ita nobis expedit  
orare frequenter, non ut deus discat a nobis, quid sit  
opus, sed ut assuescamus ea quibus egemus ab illo spe  
rare, utq; desiderium aeternae uitae magis ac magis ac  
cendatur in nobis, dum frequenter hoc animum intend  
imus, ut ardenter petamus ab eo, qui solus dare pos  
test : Frequentes hymni docent nos, omnem gloriam  
uni deo deberi. Crebra gratiarum actio, docet quicquid  
in nobis est boni, id totum dei benignitati acceptum fer  
ri oportere. Assidua precatio præstat, ut semper cre  
scat in nobis cœlestium bonorum amor, qui nisi subime  
de uotis ardentibus uelut ignis aura fuscitetur, primum  
te pescit, dcimde paulatim extinguitur. Quemadmodum  
enim indignus est accipiens, qui pro acceptis non agit  
gratias, hoc est, qui non agnoscit dei beneficentiam, ita  
non meretur accipere tantam felicitatem, qui eam aut  
non desiderat aut desiderat frigide. Porro qui uchemen  
ter aliquid amat ac sperat, non potest non frequenter  
optare, ut quod amat, contingat. Quid est igitur non

c 2 cessare

## MODVS ORANDI PER

Orat semper, cessare ab orando? per omnem uitam desiderare sumus,  
qui semper num illud bonum, quod nobis in futuro seculo promisisti  
desiderat. titur. Ad hunc scopum, quoniam homines prius dirigant quicunque  
quid agunt interim in hac uita, siue comedunt, siue bibunt, siue dormiunt, nimirum tota illorum uita perpetua  
tua quedam est deprecatio. Sic enim loquitur Raphaël Tobiae: Quando orabas cum lachrymis, et sepelies  
bas mortuos, et reclinquebas prandium tuum, et mor-  
tuum abscondebas per diem in domo tua, ego obtuli  
orationem tuam domino. Nimirum totum hoc quod age  
bat, erat oratio. Quoniam autem animus ob huius corporisculi necessitatem frequenter in multas curas distra  
bitur, ad excitandam huius desiderij scintillam, exper  
dit frequenter animum ab huius seculi curis auocare,  
quo secretis precibus incalescat in amorem uitae cœlestis.  
Præstat et hoc instans deprecatio, ut copiosius  
quod petitur accipiamus. Nam uehementer optasse  
quaes nobis promisit deus, est quodammodo promeruisse  
se. Postremo deus optimus modis omnibus nostræ salutis  
consulens, hoc agit ut insignis pietas fides charitasque  
sanctorum omnibus innotescat. Veluti quum non ignoraret  
quam toto pectore Abraham fideret dei promisi  
onis, tamen iubet senem immolare filium unicum et unic  
e charum, quo sic patet ficeret omnibus, admirabilis illa  
uixque cuiquam credibilis patriarchæ in deum fiducia.  
Nouerat item quid desideraret Anna Helcane, et tam  
en passus est mulierculam diu mœrore, lachrymis, ac  
icius

DES. ERASMV M R O T.

sciunijs confici, & ad tam anxias preces illius, ad spiria gemitusq; quotidianos uisus est obsurduisse, dicit nec Samuel conuicio proliceret nobis admirandam mulieris etiam tolerantiam. Quum enim audit temus lenta, non commouetur, non regerit maledictum, quod pleræq; solent, sed modestissima responsione satisfaciit prophetæ. Hæc nisi fuissent facta, non cognouisset mundus Annæ pietatem. Porro si quando legimus uota sanctorum per angelos internuncios perferrri ad deum, quemadmodū Raphaël Thobie preces dicit se per Cap. 5. tulisse ad dominum, atq; in Apocalypsi angelus adstat Cap. 8. altari gestans thuribulum aureum, unde gratissimus suffitius aromatum ascendens perfertur usq; ad conspectū dei. Rursus in Actis legimus, quod preces & cleemosy. na Cornelij ascenderint in memoria in conspectu dei. Cap. 10. Quin & Paulus scribens Philippensibus, monet ut pe Cap. 4. titiones illorum innotescant apud dcum. Hæc, inquam, & huiusmodi si quando sunt obuia in sacris literis, non sic accipienda sunt, quasi quemadmodum rex aliquis per nuncios discit quid alibi gestum sit, aut per assistentem admonetur, cuius fuerat oblitus, ita per angelos internuncios resciscat deus, quid nos optemus: aut commonefiat quid fecerimus: aut nostro clamore discat, quid desideremus, qui melius nouit corda nostra, quam nos ipsi, aut mentes etiam angelicæ: sed hic est arcana scripturæ mos, ut hominibus humano more loquatur. Quod rogari uult, nostra causa uult, & ipsi potius.

63 orando

## MODVS ORANDI PER

orando discimus quid nobis sit opus, quam ille. Deniq<sup>s</sup>  
si quando angelorum ministerio utitur, non sic utitur,  
quasi usquam illis ministris egat, sed sic rectius intel  
ligimus, quantopere curae simus deo, qui nobis angelos  
suos curatores & protectores addiderit. Et angeli frui  
untur charitate sua, dum perlati ad decum uotis nos  
stris, dei dona uicissim ad nos ferunt. Ad hæc iuxta  
scripturarum idiom a ignorare dicitur dominus quod  
non approbat. Sic nō audit preces illorum, qui non si  
cuit oportet petunt. Rursum innotescunt illorum peti  
tiones, qui sic orant, ut mereantur audiri. Proinde Pau  
lus præmisit, ut nihil solliciti sitis, sed in omni oratio  
ne, & obsecratione, cum gratiarum actione, petitiones  
uestrae innotescant apud dominum. Non audiuntur sol  
liciti, qui præsidio cœlesti diffisi, fidunt humanis opis  
bus aut ingenijs. Non orant & obsecrant, qui nō orant  
instanter. Non orant cum gratiarum actione, qui quo  
nam quod accipiunt, suis ascribunt meritis, potius  
quam benignitati diuinæ, non tribuunt gloriam deo.  
Non innotescunt illorum preces apud deum, qui cum  
**Marc. 12.** Pharisæis stant in angulis platearum, & sub prætextu  
prolixæ precationis deuorant domos uiduarum. Nam  
si cui uidetur impossibile, ut homo nunquam ceſſet ab  
orando, quod apud Lucam præcipit dominus: aut sine  
intermissione precetur, quod docet apostolus: aut intel  
ligat totam piorum uitam esse iugem ac perpetuam  
orationem, donec contingat summum illud bonum, quod  
semel

DE S. ERASMVM R.O.T.

semel adepti desinamus torquiri desiderio, quemadmodum dictum est: aut puit hic esse tropum, qui dicitur hyperbole, ut accipiat eum indefinenter orare, qui frequenter & instanter orat, nec definit à precibus, donec quod petit impetraverit. Sic dictum est: Clama, Esa. 58. ne cesses, exalta ut tuba uocem tuam. Nec interrumpitur deprecationis, etiam si remittatur ad tempus illa mentis intentio, nisi ponatur eius rei desiderium quam per timus. Supereft ut ostendamus qui consistant que uir debantur inter se pugnare, pugnant enim in specieme. Nolite multum loqui, & sine intermissione orate. Cuius questionis nodum forsitan sic expedierit alius quis, ut respondeat, non interdici nobis prolixiorent in precibus affectum, sed loquacitatem. Verum huic protinus respondebitur, Christum non solum orasse prolixius, uerum etiam eundem sermonem ter repetisse. Idem Lucæ cap. 6. pernoctat in oratione dei, quæ si uocalis fuit, ut fuisse probabile est, non potuit esse breuiiloqua. Proinde quum dominus Matth. 6. docet discipulos suos, ne in orando multiloqui sint, nihil aliud docet, quam ne credant deum inani uerborum strepitu fleti, rem eandem subinde flagitantium. Nam Græcis est βατηλογίσατε. Βατηλογίη autem illis dicitur, quæ uoces easdem frequenter iterat sine causa, uel loquacitatis, uel naturæ uel consuetudinis uitio. Alioqui iuxta præcepta rhetorum nonunquam laudis est iterare uerba, quemadmodū & Christus in cruce clamauit: Deus

## MODVS ORANDI PER

meus deus meus : non erat illa Battologia, sed ardens ac uehemens affectus orantis. Non est loquax deprecatio, quam diu respondet affectui. Non est battologia, quoties ardor animi, ueluti flamma subinde maior emicans, exprimit easdem uoces: alioqui deprehendes in omnibus psalmis sanctam quandam ac penè perpetue

Psal. 6. tuam battologiam. Domine ne in furore tuo arguas me. Id semel dictum inculcat, neq; in ira tua corripias

Psal. 50. me. Misericordia mei ducus secundum magnam misericordiam tuam. Id iterat: Et secundum multitudinem miserationum tuarum dele iniuriam meam. Huius uersiculi clausulam recinit in proximo: Amplius laua me ab iniuriam mea, et à peccato meo munda me. Nec hoc satis affectui regis: Auerte faciem tuam à peccatis meis, et omnes iniurias meas dele. Cor mundum crea in me deus, et spiritū rectum innoua in uisceribus meis. Eandem battologiam animaduertere licebit in preceptis ueteris testamenti, atq; adeo in preceptis Christi, præsertim apud Ioannem. Quoties ibi dominus iterat eadem, dum illis infigere studet charitatem mutuam, fiduciam in ipso, et precandi instantiam? Non est hæc ethnicorum battologia, sed uel affectus pij uehementia, uel studium inculcandi, cuius non meminisse pernicies esset. Itaq; dominus non simpliciter dixit, na-

Matth. 6. lite multū loqui, sed adiecit, sicut ethnici, putant ethim quod in multiloquio suo exaudiantur. Nolite ergo astimulari eis. Habent hanc battologiam etiamnum uete

res

DES. ERASMVM ROT.

yes poëtarum hymni, quos in deorum suorum laudem  
composuerunt, in quibus nonnunquam unus deus qual-  
draginta diuersis nominibus inclamat, ut ex tantis  
multis, unum saltu agnoscat. Talis erat oratio pro-  
phetarum, quos legimus inclamasse nomen Baal, à mā. 5. Reg. 18.  
ne usq; ad uesperam nihil aliud dicentes, quam: Baal  
exaudi nos. Et ijdem à meridie, maioribus etiam clamo-  
ribus fatigare cœperunt deū suum. Nec defuerunt her-  
etici, quos Psallianos siue Euchitas appellant, qui dū,  
quod dominus dixerat, nunquam ab orando cessandū,  
Et quod Paulus iubet, ut sine intermissione oremus, per-  
peram acciperent, totos dies nihil aliud, quam repetes-  
bant psalmos ac preculas, in hoc concertantes, ut qui  
quam plurimum psalmorum euoluisset, is uideretur cæ-  
teris sanctior. Et tamen ne sic quidem prestiterunt,  
quod iuxta grammaticum sensum sonat, nunquam ces-  
sandum ab orando, et sine intermissione orate. Certe  
uel cibus ac potus, certe uel somnus, certe uel tussis, ster-  
nutatio aut oscitatio interumpcebat illorū preces. Verū  
hac de re fortasse plura, quum locus admonebit nos de Relique di-  
modo precandi nonnulla differere. Ut igitur quod pol uisionis pa-  
liciti sumus, breuiter absoluamus: primum consideran tes.  
dum est, quis sit is quem oramus, et quis sit is qui orat.  
Si cui cum Cæsare sit loquendum, quanta solicitudine  
sepe componit, ne quid sit in cultu, in corpore, aut in  
uerbis, quod Cesaris offendat oculos? Et tamen hic ho-  
mini cum homine res est, mortali cum mortali, et sepe

## MODVS ORANDI PER

melior est qui rogat quam qui rogatur. Proinde qui parat adire thronum diuinæ maiestatis, quam ipsæ quoque tremunt angelicæ potestates, quanto studio par est ut se ipsum componat, ne quid sit quod offendat oculos dei? Regi non loqueris, nisi flexis in terram genibus, et deo loqueris erectus, non dico corpore, sed arrogantia, sed fiducia tui. Hominem regem non audes appellare, nisi pura ueritate, pexo capillatio, lotu corpore, ac fortassis etiam uncto, ne quid offendat pedor: et deum appellas tot modis inquinata conscientia? Multis, apud principes mundi dicturis, pudor ac reverentia sublimitatis, licet humana, uocem simul ac mentem adimit: et tu oscitans ac uelut aliud agens loqueris deo tuo? Deo clamas: Exaudi orationem meam, auri

Psal. 4. bus percipe uerba oris mei, nec ipse percipis interim quæ loqueris. Ne quid hic loquar de istis, qui lingua sonantes sacras preces, oculis lasciuunt, animo uersant obscœna. Ceterū ne quem ab orando deterreat dei considerata maiestas, illud secum cogitet, eundem nulla remaiorem esse, quam misericordia et charitate erga genus humanum. Accedis ad conditorem, sed idem redemptor est. Adis dominum omnium, sed idem pater est ipsi fidentium. Adis iudicem, sed eum, qui filium unicum tradidit in mortem, ut omnes seruaret, condemnaret neminem. Adis iustum, sed interim tempus datum est misericordie. Et quoniam iustus est, non potest fallere promissis: promisit autem per filium, se nihil negaturis

DES. ERASMVM ROT.

ij*s*, qui cūm fiducia petunt in nomine filij. Interim & te ipsum cōtemplare precator. Homunculus accēdis ad sōlum dei. Deo nihil cogitari potest sublimius: homine ue Quis ore  
ro quid abiectius, qui etiā si pīus sit, & innocens apud  
homines, tamen omniū hominū puritas, impuritas est, si  
ad diuinam puritatē conferatur. Quid igitur hic faciet  
homo? Erigat sese oportet in altū, ut cum eo qui in cō  
lis habitat, imō qui supra cōelos omnes est, atq; adeo ut  
melius dicam, qui sublimitatē omnē quae dici uerbis, aut  
animo concipi queat, transcendent, loqui possit. Et noua  
quadam ratiōe fit, ut quo magis sese deiecerit, hoc deo  
fiat uianior. Procul aberat à deo. Phariseus ille, qui **Luc. 18.**  
proximus propiciatorio cōmemorabat sua beneficia,  
ac ceteros homines prā se fastidiebat. Publicanus quē  
procul stans orbat, propius ad deū accedebat. Excelsus  
enim est dominus, & humilia respicit, alta uero à lōge  
cognoscit, fastidit fastidiosos, & respicit in deprecas  
tionem humiliū, & nō spernit precem illorū. Vis audi-  
re quām res sit sublimis, hominis sese deicientis depre **Eccī. 55.**  
tatioſ Docet hoc sapiens ille Sirach: Oratio, inquit, hu-  
miliantis ſc, nubes penetrabit, & donec propinquet nō  
cōsolabitur, & nō dēscendet donec altissimus respiciat.  
Est & hodie uidere quosdam superbos deprecatores,  
qui quā sint laici, tamen opibus aut ſtemmatis ſuis tur-  
gidi irrumunt in chorū ſacerdotū, eosq; nōnunquam  
ſuis depellunt ſedibus. Nulla ſpecies orantis in gestibus  
aut uultu, diceres illas in theātro quopiam ostentare  
ſeſe.

## MODVS. ORANDI RER.

**sese.** Principi datur tentorium aurcum proxime altare,  
nonnunquam & supra. Si contempleris oculorum ar-  
rogantiam, si ferociam gestum, deprehendas illos adeo  
nihil rogare, ut existiment deum sibi non mediocriter  
debere, quod cultum ipsius ornarint sua magnifica præ-  
sentia. Horum preces minus gratae sunt deo, quam  
aucupia. Vidi mus & plebeios homines, depulsis alijs,  
sic ingerentes sese ad altare, ut sacrificum contingat  
rent, atq; etiam nidore suo afflarent, quasi deo propri-  
ores quam cæteri qui procul absunt, citius exaudi-  
rentur. Quin etiam illud morientes ambiunt, ut in sanctis  
etis sanctorum proxime summam aram sepeliantur:  
quasi deprecationes que fiunt pro defunctis, citius ad  
ipsos quam ad alios peruenture sint. Dicet aliquis,  
quomodo fiet, ut me deiiciendo erigam ad eum, qui est  
super omnem altitudinem, & erigendo deiiciam? Si  
uis euolare ad deum (nam omnino deprecatione uolatus  
quidam est animæ) sarcinam carnis deponas oportet,  
& alas induas. Quomodo subuolabit in cœlū animus  
plumbeo peccatorum onere depressus? Quomodo sc̄se  
subriget in sublime, qui tanto auri, argentiq; degraua-  
tur pondere? qui præter terram nihil habet in pectore?  
qui totus est carneus? Pater tales querit deprecatores,  
qui ipsum oreant in spiritu. Itaq; spiritus fias oportet, ut  
spiritus spiritum alloquaris. Si peccator es, abijee pec-  
catorum sarcinam, exue peccandi affectus, deiice te  
ipsum in sacco & cincre: cum publicano subducito te &  
sacr is

Ioan. 4.

DES. ERASMVM ROT.

Sacris, prostratus in terram tunde pectus: cū Magdale-  
na plora demissus ad pedes Iesu: cum Petro exi uelut  
indignus conspectu domini, et amare fletō: sis in prin-  
cipio accusator tui: nihil aliud appella quām dei misera-  
ricordiam, sic à deo recedens propinquus fies deo.  
Quid cupressi grano in humum conicētū deicētius: uer-  
rum illic inuenit humorem, quo uegetatum subiicit se-  
se in altum. Parum est corpore humi prostrato orare.  
Totum animū dei je. Eum si irrigaris multo lachryma-  
rum hymbre, mirabili modo grandescet succrescens in  
altum, usq; ad ipsum solium diuinæ maiestatis, et tibi  
despectissimus, magnus ac preciosus fies deo. Si crimi-  
num mole grauatus non es, tamen deprecaturus, for-  
didas humilesq; curas tantisper abijsce, dum cum altis-  
fimo loqueris: expurga si quod malevolentiae fermen-  
tam resedit in animo tuo aduersus proximum: ac leues  
etiam culpas, sine quibus hæc uita non transigitur, dis-  
lue. Hinc mos inoleuit apud Christianos, ut ingressuri  
sacram ædem orandi gratia, semet lustrent aspersione  
aque cōsecratae. Quin et hoc ipsum corpusculū, quod  
circunferimus multis obnoxium infirmitatibus, agrava-  
uat animam, ac terrena inhabitatio deprimit sensum  
multa cogitantem. Et si phas est hic Horatij uerbis  
uti: Corpus onustum Externis uitijs animum quoq; de-  
grauat ipsum, Atq; affigit humo diuinæ particula aur-  
re. Qui diuites sunt in hoc seculo, uelint, nolint, cogun-  
tur frequenter humi repere: pauperes uero hinc inter-  
pellat

Sap. 9.

## MODVS ORANDI PER

pellat uxor indotata, hinc liberi destituti. Ceterū qui simil et uxoris, ac liberorū, et affinium cura degradati sunt, et opibus onerantur, et honorū ac magistratuū mundanorū sarcinam sustinent, ac negotiorū undis obruantur, hi nimirum piscibus ad similes sunt, immersi crassiori elemento, et reciprocis undarū motibus huc et illuc uacillantes. Sunt tamen et mundi pisces, qui pinnulas habent, quibus nixi, subinde saltu promicant in auram puriorem: quidam etiam uolatū meditantur. Quid igitur istis suadebimus? Quid nisi ut orent dominum, ut dignetur ipsos Euangelico reti captos per trahere ad littus uitæ tranquillioris. Sed quodcunq; genus animalis sit homo, metamorphosim accipiat oportet, ut ex reptili, quadrupede, aut pisce fiat uolucris: fiet autem, si sumat alas columbae, quas optat psaltes ille my.

**Psal. 54.** stieus, qui multis oneribus degradatus: Quis, inquit, dabit mihi pennas sicut columbae, et uolabo et requiescam? Innoxia quidem avis est columba, sed perniciissi-

**Cap. 6.** mi uolatus. Huiusmodi columbis delectatur in cantico sponsus. Columba eris, si nulli malum cogites, si uicini nem iudices, si de nullo perperam suspiceris. Verum alas, inquies, unde? Duas indicabo, quibus facile subueniaris in cœlū: altera est cōtemptus rerū mundanarū, altera est desideriū rerū cœlestiū. Altera te submovebit ab his quæ sunt carnis, quemadmodū sacer ille psaltes, iam impetratis alis dicit: Ecce elōgauis fugiens, et mansi in solitudine, altera te admouebit throno dei. Felix est solētudo,

DES. ERASMVM ROT.

tudo, quæ subducit animū nostrū ab omni cōsortio uti  
 torū aut malarū cupiditatū, atq; etiam quantū fieri po  
 test, ab omni strepitu solicitudinū carnis, ad quas tamē  
 ipsa necessitas nōnunq; renocat, interdum & fraterna  
 charitas. Vis audire priorē alam loquentē? Audi: Inferi Roma. 7.  
 lix ego homo, q̄s me liberabit de corpore mortis huius?  
 Audis uotū gestientis ab his quæ uidentur prorsus auo  
 lare, Vis audire alterā? Quām dilecta tabernacula tua  
 domine uirtutum, concupiscit & deficit anima mea in psal. 85.  
 atria domini. Et, sicut cœrūs desiderat ad fontes aqua  
 rum, ita desiderat anima mea ad te deus. Audis affer  
 etum aspirantis ad immortalitatis contubernium. Come  
 monstrauit nobis utramq; alam Paulus ad Colos. 3. Si  
 consurrexitis cum Christo quæ sursum sunt querite,  
 ubi Christus est in dextera dei sedens, quæ sursum sunt  
 sapite. Habes alam subuehentem ad cœlum. Addit, non  
 quæ super terram. Habes alam fugientem. Eam claris  
 us indicat paulo inferius: Mortificate ergo, inquiens,  
 membra uestra quæ sunt super terram. Membra uocat  
 cupiditates carnales. Ac mox: Expoliantes uos uete  
 rem hominem cum actibus suis, & induentes nouum.  
 Vetus homo terrenus est, & ideo subuolare nescit, sed  
 in terram pronus nihil amat aut querit nisi terrenum.  
 Ceterum quisquis in nouum hominem transformatus  
 fuerit, is quoniam ea quæ prius faciebat plurimi, nunc  
 ducit pro ruderibus: & quæ prius existimabat ingens  
 esse lucrum, nunc iudicat esse damnoſa, ex pecude ter  
 restri

## MODVS ORANDI PER

restri factus est uolucris coeli, factus est columba, habet  
que duas alas quibus se subrigat ad thronum dei. Haec  
etenim consideratum est, quis sit qui rogatur, & quis  
qui roget. Monet hic temporum status, ut obiter pauci  
discutiamus, ad quem sit dirigenda precatio. Vide  
**Inuocatio** mus autem solennes ecclesie preces à prisca nobis tra-  
sanctorū. ditas, de his sentio, quas collectas uocant, plerasq; diri-  
gi ad patrem, nonnullas ad filium, nullas ad spiritum  
sanctum, in omnibus tamen fieri trium personarū men-  
tionem. Idq; tanta religione uidemus à ueteribus obser-  
uatum, ut ne in his quidem, quibus multis utitur in feria  
is Pentecostes, ulla sit qua spiritum sanctum appelleat.  
Hoc duntaxat in his, quas sacerdos pro toto populo  
pronunciat. Ceterum in cantionibus, quas populus de-  
cantabat, non uitatur inuocatio sancti spiritus, uelut in  
prosis, hymnis, & antiphonis. Tanta erat antiquis re-  
ligio, ne quid auderent, quod diuinis literis non esset  
expressum. Ideo ferè precationes omnium diriguntur  
ad patrem, quia palam & crebro legunt apostolos ad  
monitos ut patrem cœlestem orarent, sed in nomine fi-  
lii. Et filius in Euangelijs frequenter orans patrem al-  
loquitur, spiritum sanctum promittit, non orat. In so-  
lo Ioanne quum toties apostoli iubeantur rogare pa-  
trem in nomine filii, semel duntaxat legitur: Si quid  
petieritis me in nomine meo, hoc faciam. Quanquam  
hoc pronomen me non additur in plerisq; Græcis codi-  
cibus, ac ne in Latinis quidem omnibus. Certe Theos  
phylactus

DES. ERASMVM R.O.T.

phylactus nec legit nec interpretatur, haud dubium  
 interpretaturus si legisset, quum illic pugnet aduersus  
 sus Arianos, ex hisce uerbis: Si quid petieritis hoc faciam,  
 arguens aequalem filij potestatem cum patre:  
 collecturus idem efficacius, si scriptum fuisset, si quid  
 petieritis me. Quanque hic obstrepit scrupus, qui cōfisi  
 stat, ut quis petat aliquid à Christo in nomine Christi,  
 nisi forte petimus, ab homine Christo in nomine filij  
 dei: tamen si Stephanus in Actis, nihil ueritus est dicere:  
 Domie Iesu accipe spiritū meū. Proinde hic sermo nō Cap.7.  
 est spectat, ut dubitetur an sit inuocandus spiritus san-  
 ctus, sed ut dicturus de inuocandis diuis, indicē quia an =  
 exia fuerit maioribus religio suscipiendi, quod autori-  
 tate manifesta sacrae scripturæ traditū nō esset, prae-  
 sertim in his quæ superant humanum intellectum. Eas-  
 dem religione fuit sanctus Hilarius, qui post diuturnum silentium, duodecim libris instantissime contene-  
 dit, ut filium doceat esse uerum deum, quum solus pa-  
 ter dictus sit in Euangelio uerus deus, spiritum san-  
 ctum nusque quod sciam audet pronunciare deū, nec ad-  
 dorandum profitetur, sed promerendū: cundem crea-  
 turam reueretur dicere, quum Hieronymus nō uere-  
 tur filium dei pronunciare creaturā. Postiores dili-  
 gentius excussis sacrī uoluminibus, ac maiorum au-  
 toritate freti, nō uerentur filiū dei appellare uerū deū,  
 et ad illū suas preces dirigere, nō hoc animo qua-  
 si quicque possit dare filius quod non daturus sit pater:  
                         d                      sed

## MODVS ORANDI PER

sed quod persuasum habent filium idem uelle, idem posse, quod uult & potest pater, quanq; pater autor et fons est omnium. Et fortassis haec est bona pars Christianæ religionis, in rebus diuinis uenerari omnia, nihil autem affirmare, præter id quod in sacris literis patræ expressum est. Iam quanq; sat is constat, & apud ueteres orthodoxos, inuocationem sanctorum fuisse, precipue martyrum: tamen illud inter plerosq; cōuenit ex scripturis canonicis doceri nō posse, sanctorū inuocationē esse necessariā, de uita defunctis loquor. Nec in solennibus precibus ulla preccatio dirigitur ad sanctū aliquē, sed uel à patre, uel à filio petitur, ut illorū intercessio ac merita profint, eorum memoriā pie colectibus, ac uestigijs illorū ingredi studētibus. Nullus aut sanctorum est, qui dicere possit, quicquid petieritis à patre, in nomine meo, aut si quid petieritis à me, hoc faciā. Sanarūt & grotos Apostoli, suscitarunt murtuos, sed in nomine Iesu, sed inuocato patre: cuius nō mē etiam si nō exprimatur, tamē inuocatur in filio, quēadmodū & clarificatur in filio. Nūc duplex mouetur questio: An piū sit inuocare sanctos, & an sit tolerandū. Etenim his qui cōtendūt, ideo nō ferendam sanctorū inuocationem, qđ id nobis nō tradat aperte sacrarū literarū autoritas, respōderi poterat, probabilius colligi: Si scriptura nec precipit nec uetat, ideo nec exigēdam ut necessariā, nec prohibēdam ut impīam. Quādoquidē ipsa rei natura cū impietate coniuncta

DE S. ERASMVM ROT.

Etā non est: ut interim hoc istis largiamur quod assū-  
munt, nihil exigi posse constitutionibus hominum, qđ  
non expressum sit in literis Canonicis. Hoc certe dog-  
ma fallit in perpetua uirginitate Mariæ matris Iesu,  
que quū sacrarum scripturarū eidētibus testimonij  
doceri nō possit: tamen quoniā magno cōsensu nobis  
à priscis orthodoxis tradita est per manus, nemo to-  
lerandū existimaret, qui asseueraret, illā edito domio  
post à uiro cognitā fuisse, ac fortasse ne illū quidē q  
hac de re ambigeret. Quod si responderint, ideo nō to-  
lerandū hūc assueratorē, aut dubitatorē, quod proba-  
bilē opinione, iā olim magno cōsensu gentiū probatā  
conetur cōuellere: id qđ absq; turbationē publicæ trā-  
quillitatis, magnoq; Christiani gregis offendiculo fie-  
ri nō potest: obiuci poterit, & sanctorū inuocationem  
simili cōsensu traditā à priscis orthodoxis, eoq; nō le-  
uiori scādalo posse labefactari. Quāq; utcunq; tergi-  
uersentur de modo tēporis, redeūtes ad fastos ut ait il-  
le & pietatē annis estimātes, certe fatētur interim at-  
liquid exigi, qđ nec expressum est in libris Canonicis,  
nec ex his colligi potest grauibus argumētis, ac ne in  
symbolo quidem quod dicitur apostolorū, imò nec in  
Athanasij symbolo quod in tēplis canitur. Si ideo exi-  
gitur confessio perpetuae uirginitatis in Maria, quod  
hēc sentētia sine scripto tradita nobis sit ab antiquo,  
ribus, q; de inuocatione sanctorū: certe nūc antiquissi-  
mi sunt, q; nobis inuocationē diuorū approbarūt. Si cō-

d 2      sensus

## MODVS ORANDI PER

sensus suffragiorum expeditur, reclamatum est per  
petuae uirginitati, quemadmodum reclamatum est in  
uocationi sanctorum. Sunt huius generis & alia per  
multa. Filium patri consubstantiale dicere priscis  
erat religio. Idem praedicare de spiritu sancto, nec illi  
audebant qui totis uiribus hoc cognominis vindica-  
bant filio. Illi non audebant filium dicere uerum deum,  
quoniam in sacris literis nomen hoc soli patri tri-  
butum compererant. Nunc nemo ferat, qui neget spi-  
ritum sanctum uerum deum, & patri filioque homu-  
sion. Vbi sunt igitur, qui nos urgent nouo dogmate, in  
re leuioris momenti, quum in re tanta fateantur exi-  
gendum a Christianis, quod in diuinis literis expres-  
sum quidem non est, sed tamen hinc colligitur. Non fe-  
runt ipsis qui dubitant an spiritus sanctus sit homu-  
os his a quibus procedit, quuni id in sacris ut dixi lite-  
ris expressum non sit, & in inuocandis sanctis exi-  
gunt euidentis scripturæ testimonium, nec ullis argu-  
mentis placari possunt. Tres hypostases siue substan-  
tias preter scripturarū autoritatem ueteres ausi sunt  
dicere, nos unicam trium personarum substantiam pro-  
fitemur. Quin illud ipsum personarum uocabulū ubi  
traditum est in sacris literis? De proprietatibus ac di-  
stinctione personarū quam multa nobis tradita sunt,  
que non exprimuntur in sacris literis, que tamen non  
aspernamur. Iam qui nos urgent contentioso dogma-  
tic, de ceteris rebus humanis hoc solent concedere, ut  
cuique

## DES ERASMYM ROT.

cuiq; liberum sit seruare aut non seruare, quod in sa  
cris literis nec probatum sit nec improbatū, ueluti de  
carnium aut piscium esu, saltem hoc idem nobis con  
cedant in implorandis diuorū suffragijs. Interim hoc  
istis largior, ex arcanis literis non posse palam doce  
ri, sanctos uita defunctos suis precibus aliquid posse  
apud deum, tametsi in Apocalypsi, sanctorum animæ  
qui sanguinem fuderant pro Christo, magna uoce fla  
gitant, ut subacta tyrannide Satanæ consummetur re  
gnum Euangelicum, ex accipiunt responsum diuinū,  
sic temperatum ut quod ad vindictam attinet, exper  
tent tempus à deo præfinitum, interim tamen in so  
latum accipient singula stolas candidas, hoc est, glo  
riam miraculorum qua caruerunt in initio. Non hic  
audiam istos qui obijciunt exemplum erroris inuecti  
vati. Aliud est quippiam quocunque modo inoleuis  
se, aliud est rem natura piam ab his fuisse traditam,  
qui uicini fuerunt temporibus apostolorum, magnoq;  
ex longo totius orbis Christiani consensu fuisse com  
probata. Vetus as nō efficit, ut quod per se rectum  
non est, rectum fiat, quemadmodum nec ideo phas est  
quicq; damnare, quia uetus est, attamen in re proba  
bili non parum addit ponderis consensus antiquitatis,  
præsertim approbatæ. Nec mihi uidetur leue argumen  
tum, quod Hieronymus adfert, pugnans aduersus vi  
gilantium. Si pijs dum adhuc mortale corpus circum  
ferunt nec omnino carent peccatis, ex egent alie  
d 3 narunt

Cap. 6.

## MODVS ORANDI PER

narum precum intercessione, tamen audiuntur orantes pro fratribus: quanto magis credendum est, eosdē iam exuta mortalitate, omniq; uitæ huius contagio liberos, posse aliquid apud deum, præsertim cum neq; fraternalm charitatē, neq; nostri studiū cū uita posuisse credendū sit. Certe dubitari nō potest, quin hi qui iā in cœlis agūt, uotis ardentissimis optent salutē omnū qui Christi nomē profitētur. Et si quū in uiuis essent, orabant etiā p his, qui erāt à Christo alieni, atq; adeo pro ijs à quibus affligebantur & occidebātur: qui cōsentaneū est eosdē nūc nec pro fratribus periclitatiibus orare, nec quicq; apud deū posse, pro cuius amore se trahiderūt in morte? Et si pie faciebat, q Paulo in terris agēti dicebat: Ora pro me dominū: impius habebitur, qui totidē uerbis appellat eundē nunc agentē in cœlis? Si responderint, hic esse statum promerendi, post hanc uitam nō item: regeri poterit in eos ipsorum dogma, siquidem hoc quod asserunt nō est expressum in sacris literis, uidelicet post hāc uitam pios nihil promereri. Et si demus sanctos uita defunctos nihil premeri, certe pius ille affectus non potest nō esse deo gratissimus, quo sanctos amore Christi ueneramur, immo in quibus Christū ipsum ueneramur. Et ideo imploramus illorum intercessionem, quod nos iudicemus indignos qui deum ipsum appellemus, ac persuasum habemus, dico, qui hic multa nobis per sanctos suos largitur, quæ per se dare poterat, etiam hoc esse placitum,

ut

DE S. ERASMV M R O T.

ut per eos quos iam dignatus est regni sui consortio,  
 multa nobis largiatur. Viuos prouiuis orare uoluit,  
 ut inter omnes aleret mutuam charitatem: sic eorum  
 quos iam dignatus est cœlo, uota nobis prodeſſe uolu-  
 it, quo magis illorum uitâ studeamus æmulari, et ad  
 illorum cōſortium properemus euolare, quorum inter-  
 ceſſionem ſentimus nobis efficacem. Iam quod adfe-  
 rūt ex epiftola Pauli ad Timotheū: Vnus enim deus,  
 unus et mediator dei et hominum, homo Christus 1. Tim. 2.  
 Iesuſ, ſi quis urgeat ſimpli ſententia, excludet eti-  
 am eam precationem, qua mortalis orat pro mortali.  
 Etenim ſi ſolus dominus Iesuſ intercedit inter ducum et  
 homines, quare hic queritur interceſſor, qui interce-  
 dat apud interceſſorem? Quod ſi ratio eſt, quur mor-  
 talis aliiquid flagitet a deo per hominem mortalem,  
 quod tamen a deo citra ullum interceſſorem peti po-  
 rat: probentur et caſe, quur per sanctos qui in cœlis  
 ſunt, aliiquid flagitemus a domino. Nodum hūc ſic ex-  
 plicant quidam, ut fateantur ex uerbis Pauli non fu-  
 rum uifſe licitum, quenquā ſanctorum iuuocare p̄r-  
 ter Christum, niſi ſcriptura manifeſte prodiſſet exce-  
 ptionem. Quandoquidem orandi formam talem p̄r-  
 ſcripsit dominus, ut quisquis ea uitetur, nō ſolū pro ſe,  
 uerum etiam pro alijs oret. Et in hoc ipſo loco, quem  
 ex Paulo retulimus, p̄cipitur ut fiant obſecratioēs,  
 oratioēs, poſtulationes pro omnibus quidem homini-  
 bus, ſed p̄cipue pro regibus, et in dignitate publica  
 d 4      confi

## MODVS ORANDI PER.

constitutis. Dominus autem præcipit ut oremus etiā pro inimicis. Cæterū quoniam nusquam in sacris lite  
ris extat exceptio de sanctis uita defunctis inuocan  
dis, arbitrantur irreligiosum audere, quod illarum au  
toritate traditum non est: multo etiā irreligiosius exi  
gere. Ac mea sententia, Paulus nequaçp hoc illic agit,  
ut dum unum intercessorem pronunciat, dominum Ie  
sum, excludat intercessionem sanctorum: sed ut decla  
ret, Christum pro omnibus gentibus esse mortuum, ne  
que cuiquam in alio ponendam esse salutis spem. Nā  
Iudei Christum abnegantes, fiduciā habebant in Mo  
se & Abraham, aut alium quēdam Messiam expecta  
bant præter Christum. Et pleriq; Iudæorum qui Chri  
stum agnoscebant, non patiebantur gentes ad Euange  
licæ gratiæ consortium recipi, quod eum prædicarent  
uni genti Iudæorum seruandæ missum. Hoc Paulus  
gētium Apostolus refellit, posteaquam enim iussérat  
orare pro omnibus hominibus, addit: Hoc enim bo  
num est et acceptū corā saluatore nostro deo, qui om  
nes homines uult saluos fieri, & ad agnitionem ueri  
tatis uenire. Vnus enim deus, & unus mediator dei  
& hominū, homo Christus Iesus, qui dedit redēptionē  
semetipsum pro omnibus. Cuius testimonium tempo  
ribus suis cāfirmatū est: In quo positus sum ego, præ  
dicator & Apostolus, ueritatem dico, non mentior, do  
ctor gentium in fide & ueritate. Vnaquæq; natio suos  
habebat deos, soli Iudei gloriabantur suo deo, quasi is  
non

1. Tim. 2.

non esset deus omniū gētium, ideo dicit, unus est deus seruator omnium, et unus est reconciliator dei et hominum, qui mortuus est pro omnibus, sine exceptione personarum. Taliis intercessor unus est, et idem unus est omnium communis: sic unus est dei filius, et tamen is dicitur habere multos fratres, nimirum et ipsos dei filios. Quemadmodum igitur unicus filius non excludit filios dei a consortio nominis, itidem unus intercessor non excludit alios intercessores, siquidem hic solus erat in quo erat pater, mundum reconcilians sibi, et per quem ualent ceteri sancti, si quid ualent. Postremo dominus ex superfluo sanctorum ociosos frui Christo, neque nobis suis suffragijs prodeesse posse: certe non meretur explodi pius ille hominis affectus, quo sibi totus displicens non audet attollere oculos ad thronum gloriae dei, sed ad aliquem sanctorum confugit quem putat esse deo gratum, semperque uersari cum deo: atque hunc eo maiore fiducia compellat peccator, quod sciat illum quoque fuisse peccatorem, ac dei misericordiam consecutum. Neque enim Christus damnauit affectum mulierculae sanguinis pro fluvio laborantis, quod indignam sese iudicasset ut Christum ipsum palam adiret, sed contigit fimbriam uestis illius, et sanata est. Omnes sancti, Christi membra sunt. Si per fimbriam attackam dat beneficium, mirum est si dat per sua membra? Christus nullam suam uestem subduxit in caelum, membra sua subduxit. In Actis apostolorum,

## MODVS ORANDI PER

Aet. 5.

rū legimus, sanatos ægrotos, quos umbra corporis illo  
rū attigisset, et à dæmonijs quoq; liberatos, qui cōtacti  
fuissent sudarijs, & semicinctijs, quæ cōtigissent cors  
pus apostoli Pauli. Harum rerū tota gloria debebas  
tur deo. Dices: quur igitur hāc gloriā tribucbat disci  
pulis ut per illos hæc operaretur, quæ per se poterat?  
quia sic illi uisum est, sic ipse pater uoluit glorificari  
per filiū, sic filius per discipulos, et sic expediebat nobis  
quo magis agnosceremus illā ab apostolis nobis  
traditam sanctorū communionē, quæ non solū uiuos,  
ueruetiā pias defunctorum animas, atq; ipsos etiam  
angelicos spiritus cōpletebitur. Age si quis subinde fa  
lacet angelū sui custodem, cōmēdās illi uota sua Chri  
sto preferenda, nū is dignus uidebitur, qui reprehēda  
ture nō opinor, et tamē angelus nihil aliud est q̄ minū  
ster. Si quis respōdeat: Quid opus est hæc dicere an  
gelo, quū liceat cōpendio dicere Christo: Accipe uo  
ta mea: huic uicissim obijciā: Quid op⁹ erat nobis an  
gelos addi pedagogos, quū deo ptectore fuerimus sa  
tis tuti? Sic deus uoluit nobis & angelos cōmendari,  
sic uoluit suā erga nos charitatē per angelorum erga  
nos ministerium illustrari. Quod pie dicitur angelo,  
quor nō pie dicatur Petro & Paulo: Ipsa rei natura  
nullā habet speciem impietatis. Primū piū est credere,  
animas sanctorū superstites esse suis corporibus.  
Christianū est credere, illas iā uiuere cū Christo, iu  
xta Pauli uotū: Cupio dissolui & esse cū Christo. Piū  
est

Philip. I.

IDES. ERASMVM ROT.

est credere, illos esse Christo gratissimos, pro quo uo  
lētes uitæ dispediū fecerunt. Nec impium est credere  
Christum & illorū memoriā nobis uelle sacrofanctā  
esse, & se per illos iā immortalitate donatos glorifi-  
cari uelle, per quos adhuc mortales nomen suū glori-  
ficari uoluit. Piū est igitur credere, deū nobis quædā  
per illos largiri uelle, per quos cōuertit orbē terrarū,  
per quos iudicaturus est mūdum. Quod si c̄rebra san-  
ctorum inuocatio, simul & fidei exercitatio est, &  
charitatis redintegratio, & spei nostræ cōfirmatio,  
quid caufæ est, quur eā existimemus reprehēdendam?  
Si profundit alijs merita militantiū, quāq; sunt qui pre-  
dicens nulla esse merita, nusq; usui erūt merita regnan-  
tiū? Nemo negabit sanctos ppetuo teneri desiderio sa-  
lutis nostræ. Atqui hoc ipsum est intercedere. Id illorū  
uotū, ut ratum sit precamur, quoties illorū opē implo-  
ramus. Nūc audire mihi uideor, quos frequenter au-  
dio dicētes, ideo cohibendam sanctorū inuocationem,  
quod obscuret gloriam Christi, in quem unum tota  
nostra fiducia transferēda est. At ipse Christus nihil  
metuens iacturam suę glorie, ausus est promittere di-  
scipulis suis, si quis in ipsum credidisset, non solum ea  
facturū, quæ fecisset filius, patre in ipso operante, sed  
bis etiā maiora facturum. Sic enim illi uisum est com-  
municare suam gloriam, quibus dignatus est commu-  
nicare regnum suum, & quorū non dignatus est fi-  
cri minister. Porrò autem quum diuorū cultus tribus  
rcbus

Ioan. 14.

## MODVS ORANDI PER

rebus potissimum constet, imitatione uitæ, honore, et in  
uocatione; quæ admodum nō inficiamur perfectissimum  
pietatis exemplar esse in Christo nobis aeditum, ita nō  
arbitramur eos esse damnados, qui Christum in san-  
ctis imitatur, in quibus illius dona refulerunt. Rur-  
sum quemadmodum ingenue fatemur, et summū cul-  
tū et gloriam omnē ad deum esse referendam, ita non  
arbitror improbandam ecclesiæ cōsuetudinem, quæ di-  
catis templis, quæ consecratis diebus festis, quæ solen-  
nibus canticis toto terrarum orbe sanctorum memo-  
riam ueneratur, Christum in membris suis uenerās, in  
quibus et ipse gloriosus esse gaudet, per quos apud ho-  
mines glorificatum est nomen ipsius. Postremo quæ  
admodum ingenue confitemur, in Christo salutis nos-  
tra sumnum præsidium esse collocandum, per quem  
pater cœlestis uoluit nobis oīa largiri, ita non uideo  
quur obstrepi debeat quorundam religiose modestiæ,  
qui reueriti dominicæ sublimitatis magnitudinem, ad  
hibent sanctum aliquem intercessorem, cuius fauore  
commendentur apud deum, fortassis auersum. Etenim  
ut imitandis sanctis, non detrabitur perfectissimo pie-  
tatis exemplari, quod est in Christo Iesu, quemadmo-  
dum scribit Paulus: Imitatores mei estote, sicut ego le-  
su Christi: rursum ut in honorandis sanctis nō detra-  
bitur gloria dei, sed augetur potius, quod in sanctis  
nihil aliud ueneremur, quam ipsius dei dona, à quo  
proficiuntur omne datum optimū, et omne donum  
per

¶.Cor. II.

## DES. ERASMVM R.O.T.

perfectum: ita in inuocandis sanctorum suffragijs non minuitur Christi summi intercessoris autoritas , non profecto magis, quām si quis sibi parū bene cōscius , proinde reueritus regis conspectum, subornaret depre catores quos sciret regi gratissimos esse. Primum hic ipse pudor hominis , quo et suam indignitatem agno scit , et regis magnitudinem reueretur , reddit illum regi commendatiorem . Nec raro fit , ut princeps per alios dare malit quod petitur , nimirum si qui sunt , quibus apud populum uelit hoc pacto gratiā et auto ritatem conciliari. Fit et illud frequēter , ut princeps quod uni negaturus erat , donet multitudini depreca torum , quod complurium hominū consensu mouea tur. Quid autem deo gratius , quām charitas et con cordia piorum ? Beneficium quod uni donatum est , non gignit copiosam gratiarum actionem . At deus hoc in primis cupid et ambit , ut à quām plurimis a gantur gratiae pro singulis donis . Certe nullus est ho minum qui non libentius conferat beneficium , quo no uit sibi plures deuinctum iri. Cæsar non clamat aduersus intercessore , qn ipse hæc à me petit ; an credit ali um me clementiorem ? An me putat indignum quem ipse corām alloquatur ? Sed amat potius hominis res uerentiam , qui deterritus principis maiestate ueri tus sit adire . Quisquis sanctum adhibet intercessio rem , idcm et à Christo petit sed aliter . Christum alsoquitur , sed per alium. Cæsar nec audit nec uidet de precas.

## MODVS ORANDI PER

precatorem, Christus et uidet et audit omnia, et  
quo ille qui petit se subducit longius a cōspectu mai-  
statis, hoc uidetur proprius. In solennibus litanijs pri-  
mum imploratur patris filij et spiritus sancti miseri-  
cordia, mox suffragia sanctorum. Dixerit aliquis,  
quorū opus, quum ipso deo nihil sit exorabilius?  
Amat potentium sollicitudinem, et gaudet quædā  
per suos amicos largiri nobis. Deo nullus est magis  
misericors, fateor, et tamen placari uult per sacer-  
dotis interuentum. Iam qui sibi sic displicet totus, ut  
non ausit appellare deum, nō protinus iudicat diuum  
quem allegat, deo placabiliorem, sed magis agnoscit  
immensam dei maiestatem, magis ueretur illius iu-  
sticiam. Atq; hic horror initium est sapientiae. Voce-  
tur hæc, si libet imbecillitas, dicatur error. At hæc  
imbecillitas grata est deo, hunc pium errorem amat  
in nobis deus. Non offensus est mulieris trepidatione,  
quæ furtim contigit fimbriam Iesu, nam contingenti  
dedit sanitatem. Delectatus est infirmitate publicani,  
qui se procul submouebat a propiciatorio. Amuit  
hanc uocem Petri: Domine recede a me, quia peccal-  
tor sum. Non displicuit uox centurionis: Non sum  
dignus cuius tectum subeas, tantum dic uerbo. An  
gelici spiritus reuerētur ac tremunt dei maiestatem.  
Et nos conuicijs incessimus homuncionem, qui non  
audet eam appellare? Si error est, magis amat deus:  
in nobis hunc errorem modestum, quam pharisa-  
cam

DES. ERASMVM R OT.

cam confidentiam: ac pluris facit hanc piam imbe  
cillitatē , quām elatam scientiam . Amantes , præ  
magnitudine affectus alloquuntur pessulos ianuæ.  
sponsæ quam diligunt , exosculantur strophia , con  
fabulantur cum uiolis ab illa missis . Hæc per se stu  
ta commendant tamen amantem puellæ , quod ar  
guant abundantiam quandam amoris . Quanto mi  
nus offenditur deus , si ipsius amore salutemus et  
inuocemus diuos etiam non audituros ? Nam hoc in  
terim donamus disputandi gratia . Alioqui quo pa  
cto cōgruit Samuëlem defunctum audisse uocem mu  
lieris maleficæ , sanctos non audire pias imploratio  
nes fratrum suorum & Nunc deus ipse pietatem illo  
rum qui sanctorum implorant suffragia , sibi gratis  
simam eſe , uel ipsis factis abunde testatus est , ad se  
pulchra martyrum , ad implorationem sanctorum  
tot miraculis æditis , liberatis dæmoniacis , sanatis &  
grotis , excitatis mortuis . Nec enim arbitror quen  
quam fore tam impudentem , qui contendat omnia  
fabulas esse , quæ tot egregij scriptores ecclesiæ ma  
gno consensu tradiderunt : etiam si fateamur , in hoc  
genere permulta cōfingi . Qui his tot rationibus spre  
tis , exigent manifestum Canonicæ scripturæ testimoniū  
ab his multo iustius exigā , ut in hominij professio  
ne proferat canonicæ scripturæ testimoniu . Qd' si in  
omnibus quæ gerūtur efflagitā manifestā autoritatē  
scripturæ

## MODVS ORANDI PER.

scripturæ sacræ, nō licebit episcopis uti pedis aut mis-  
tris, quod ea de re nihil traditum sit apostolis. Atque  
huius generis sunt innumera. Hic, opinor, aliquis ini-  
cipiet cōmemorare, quanta sit quorundā in calendis,  
inuocandisq; diuis superstitione : qua de re nos quoque  
frequenter admonuimus in libris nostris. Multi petūt  
à diuis, quod à probo uiro non auderent petere: nec  
eos arbitrantur audituros, nisi certis quibusdam ri-  
tibus, ueluti magicis deliniantur, & quod ab hoc pe-  
tunt, non audent ab alio petere, quasi singulis certa  
quædam officia designata sint: quæadmodū aliæ cau-  
se deferruntur ad centum uiros, aliæ ad prætores, aliæ  
ad senatum, aliæ ad amphictyones, aliæ ad Ariopa-  
gitas. Quidam sic petunt ab illis bonam mentē, quæ  
sitalium rerum autores sint, non intercessores. Ve-  
rum huiusmodi superstitione, ut sunt res mortaliū, aut  
ferenda est, si non exeat in impietatem: aut citra tu-  
multum quoad licet corrigenda: nec ob quorundam  
stulticiam, id damnandum, quod per se rectum est,  
sed quod inest uitij corrīendum. Nec enim quia nō  
nulli perperam ac supra modum honorant sanctos,  
ideo prohibetur illorū pius ac moderatus cultus: nec  
quia quidam in sanctis imitantur, quod uitandū erat,  
ideo prohibemur imitari uitam sanctorum. Itidem su-  
perstitione multorū, qui secus inuocant sanctos, quam  
oportet, efficere non debet, ut in totum reprobetur il-  
lorum inuocatio: alioqui uitanda esset Euāgeliorum  
lectio,

## DES. ERASMVM ROT.

lectio, quod ex hac nonnulli concipiunt hæreses se-  
mina: & interdicenda esset inuocatio domini Iesu, qd'  
hi quoq; nomen illud inuocant, qui magica exerceat.  
Error coarguendus est, simplicitas monenda est, su-  
perstitio corrigenda est, si talis est, ut tolerari nō de-  
beat: qualis est cultus diui Vuinoci apud Flādroſ, qui  
ab illis, ritibus quibusdam parum sanis colitur. Et tan-  
tum ualet inolita consuetudo populi, ut nec episcopi,  
nec magistratus possint tollere. In ostentandis sancto-  
rum reliquijs, quantum in plerisq; locis superstitionis  
est? In Anglia offerunt osculandum calceū diui Tho-  
mæ, quondam archiepiscopi Cantuariensis: qui forte  
calceus est alicuius balatronis: & ut sit, quid ineptius  
quām adorare calceum hominis? Vidi ipse quū ostē-  
tarēt linteola lacera, quibus uir ille dicitur abstergiſſi  
se pituitā narium, Abbatem ac cæteros qui adstabat,  
aperto scrinio uenerabundos procidere ad genua,  
ac manibus etiam sublatis, adorationem gestu repre-  
sentare. Ista Ioanni Coleto, nam is mecum aderat, ui-  
debantur indigna, mihi ferenda uidebantur, donec se-  
daret opportunitas, ea citra tumultū corrigendi. Rur-  
sum in publicis supplicationibus, ac pompis ecclesiast-  
icis, quantum uidemus apud quasdam gētes super-  
stitionis? Vnusquisq; opificū ordo circūfert suos di-  
uos, ingentes mali portātur à multis sudātibus, quos  
oportet identidem refocillare potu. Quædam statu-  
curru uehuntur, repræsentantur personæ, gestaq; di-

## MODVS ORANDI PER

uorum ac diuarum, atq; interim multa ridicula tum  
fiunt, tum etiam dicuntur: & tamen quāquam dōcta  
pietas cuperet hæc esse sublata ē moribus Christiano  
rum, tamen tolerat, quoniam perspicit sine tumultu  
corrigi non posse, leuiusq; dicit tolerare malū, quām  
adhibere remedium. Quanquā hæc quoq; qualia qua  
lia sunt, moderatius ferunt, qui sciunt ac repetunt à  
quibus exordijs ea profecta sunt. Sunt enim ista uesü  
gia ueteris paganisimi. Olim in sacris ludis circunfe  
rebatur Bacchus, Venus, Neptunus, Silenus cum Saty  
ris, & difficilius erat in Christianorum uita mutare  
professionem, quām publicam consuetudinem. Itaq;  
religiosi patres arbitrabantur magnū esse profectū,  
si pro talibus dijs circumferrentur statuæ piorum ho  
minum, quos miracula declarabant regnare cū Chri  
sto: si superstitione consuetudo cursitandi cum faci  
bus in memoriam raptæ Proscrpine, uerteretur in re  
ligiosum morem, ut populus Christianus cum atten  
sis ecclēsī conueniret in templum in honorem Marie  
uirginis: si qui prius in morbis inuocabant Apollinē,  
aut Aesculapium, nunc inuocarent sanctum Rochū,  
aut Antonium: si que prius petierant uterus ac felic  
em partum à Iunone ac Lucina, peterent idē à san  
cto Iudoco, aut alio quoquis diuorum: si qui consues  
sent rem domesticam tutandam & augendam Lari,  
Mercurio, aut Herculi commendare, committerent  
S. Erasmo aut Nicolao: si nautæ pro Veneri, & Ge  
minis

## DES. ERASMVM ROT.

minis inuocarent Virginem matrem, eiq; pro impijs hymnis canerent nauticam cantionem, Salve regina: si qui segetem stultissimis ritibus lustrare consueverant, aut Cererem puerorum ac puellarum cantu delinire, circumferrent per agros uexillum crucis, hymnos modulantes in laudem dei ac diuorum: si pro loco sospitatore, miles ingressurus bellum se se committeret diuo Georgio, aut Barbaræ: si ciuitates singulæ pro tutelaribus diis adoptarent Bauonem, Marcum, aut alium quempiam è numero discipulorū Christi: si qui popismatis alijs ac profanis ac superstitionis remedij fulmen arcere, aut procurare consueverant, sonitu' consecratarum nolarum, aut suffitu' consecratarum frondium idem facerent: si qui prius magicis artibus dolori cordis medebantur, iam admoto codice Euangelico mederentur: aut qui post auditum primū in Maio coccycem, consperso per cubiculum puluerem, quem circumscripto dextri pedis uestigio sustulissent, pulices ac pediculos profligare consueverant, idem facerent illata diui Francisci tunica: si qui capititis impetigini & alopecijs superstitionis remedij subuenire consueverant, idem facerent admoto peccati, qui fuit Christo cum matre communis, quem auctor Trecueris etiam sic ostendi: Si qui ad bellū se gladijs fortunatis ex industijs incantatis, solent armare, iam se munirent ligno crucis. Hæc tolerata sunt à patribus, non quod in his esset Christiana religio, sed

e 2      quod

## MODVS. ORANDI PER

quod ab illis, quæ cōmemorauimus, ad hæc profecisse magnus pietatis gradus uideretur. Eadem ratione toleratæ sunt imagines, quas ueteres ecclesiæ proceres aliquot uehemēter detestati sunt, odio uidelicet idolo latrīæ. Gaudebant igitur populum hoc profecisse, ut pro deorum simulacris uenerarentur imagines Iesu seruatoris, & aliorum diuorum. Quanquam harum uisus iam in immēsum progressus est. Nec tamē ideo profligandæ sunt imagines omnes è templis, sed descendus est populus, quemadmodum his cōueniat uti. **Q**uod inest uitij, corrigēdum est, si fieri potest absq; graui tumultu: quod inest boni, probandum est. Optādum esset nihil in templis Christianorum conspicī, ni si Christo dignum. Nunc illic uidemus tot fabulas ac nænias depictas, ut septem lapsus domini Iesu, septē gladios virginis, aut eiusdē tria uota, aliaq; id genus hominum inania cōmenta: deinde sanctos nō ea forma representatos, quæ ipsis digna sit. Si quidē pictor expressurus virginem matrem, aut Agatham, nōnum quam exemplum sumit à lasciuia meretricula: et expressurus Christum aut Paulum, proponit sibi temulentum quempiam ac nebulonem. Sunt enim imagines quæ citius prouocant ad lasciuiam, quam ad pietatem: & hæc tamen à nobis tolerantur, quia plus uideamus mali in tollendo, quam in tolerando. Videamus quædam templa foris & intus plena nobilium insignijs, clypeis, galeis, leonibus, draconibus, uulturibus, canibus,

## DES. ERASMVM ROT.

edibus, tauris, bubalis, onocrotalis, uexillis ab hoste  
direptis: uidemus locum occupatum ambitiosis di-  
uitum monumētis, solum inēquale factum, & ad im-  
grediendum inhabile, quasi uel mortui studeant gra-  
ues esse populo. Hec si feruntur in templis potius q̄  
laudantur, arbitror & diuorum imagines recte tole-  
rari. Sed iā tēpus est, ut ad id quod instituerat, recur-  
rat oratio. Habes quis sit orādus, & q̄s sit qui orat: **Quid orādus**  
quanquam de hac posteriore particula nō nihil attin-  
dum. gemus in fine. Nunc uidendum est quid sit orandum.  
Hic non omnino male quidam Ethnicus admonuit:  
Orandum est, ut sit mens sana in corpore sano. Nā  
uulgas hominū sēpē numero pro salutaribus petit no-  
citura. Ceterum recte uisum est hoc orthodoxis pa-  
tribus, nihil omnino petēdum à deo, præter ea quæ no-  
bis in oratiōe dominica præscripsit dominus, aut quæ  
ad aliquam eorum partem spectant. Nec dubium est,  
quin ea primum petenda sint, quæ ad dei gloriam, et  
salutem hominum eternam conferunt. Tum quæ ad  
publicam utilitatem pertinent, potius esse petenda,  
quām quæ ad cuiusq; priuatā. Neq; tamen phas non  
est hæc temporalia commoda, quorum inopia, mole-  
stiam adfert, aut incōmodorum temperalium depul-  
sionem à deo petere, si modo petentis animus nō aliō  
spectet, quām ad scopū æternæ salutis, ueluti si quis  
petat à deo corporis bonam ualeitudinem, ne gravis  
sit fratribus, aut ut possit utilitati proximorū cōmo-  
dius

## MÓDVS ORANDI PER

dius inscriuire. Si quis petat episcopo longam uitā,  
quod intelligit illius doctrinam ac mores conducere  
gloriæ dei, & utilitati gregis. Ita Paulus iubet orare  
pro regibus etiam idololatriis, non ut sub illis ditescas  
mus, aut uoluptatibus corporis indulgeamus: sed ut  
1. Tim. 2. quietam, inquit, ac tranquillam uitā agamus in omni  
pietate & castitate. Sic recte petimus liberis nostris  
uitam, nō ut in illis gloriemur: sed ut sancte educati,  
proficiant in religione Christiana. Proinde quū eter  
nae salutis uotum oporteat esse perpetuum, in his peten  
dis quae sunt huius uite, semper debet subesse condic  
tio, si uelit deus, & si expedit saluti noſtre. Nō enim  
peccat qui deprecatur, ut libereatur à molesto morbo,  
modo ſic oret: Domine ſalus omnium uiuentium, ſi fi  
tri potest, aufer hunc molestū morbum à me, uerūta  
men fiat uoluntas tua, nō mea. Si tu, quē nihil fugit,  
iudicas hunc morbum ad etermā ſalutem eſſe necessariū,  
tracta me ut uifum eſt tuus sanctæ uoluntatis dā  
tum impari robur ac uires, ut queam perferre, facis  
aſq; cum tentatione prouentum, ut poſſu: iſuſtincere.  
Quoties igitur precamur pacem, deprecamur bellū:  
quoties petimus ſalubritatem cœli, deprecātes pestilē  
tiam: quoties poſkulamus uberem annona: prouentū,  
deprecantes penuriam: quoties petimus animi tran  
quillitatem, deprecantes tentationem, etiam ſi non  
eueniat quod petimus, ne putemus non exauditas pre  
ces noſtras. Exaudiuntur ſi, que deprecamur, magis  
faciunt

## DES. ERASMVM ROT.

Faciunt ad supremum illum scopum, quām ea quae  
precamur. Frequenter etiam magis expedit nobis ergo  
re quām abundare, uexari bellis ac persecutionibus  
quām frui rebus secundis, egrotare quām recte uale,  
re, mori quām uiuere, tentari quām non impeti ten-  
tatione. Audit Paulus: Sufficit tibi gratia mea. Et glo.  
riatur in infirmitatibus suis. Hūc sequuti gratias aga-  
mus & nos deo, si quando pro iucūdis maluit nobis  
dare salutaria. Ceterum quisquis in hoc petit bonam  
ualetudinem corporis ut amicē, quā nequiter amat,  
placeat: aut uires, ut ulciscatur cum quem odit: aut lo-  
geuitatem, ut diu fruatur hoc mundo, nullam opī,  
nor portionem inueniet in precatione dominica, ad  
quām uotum hoc suum referat. Qui postulat ingēnij  
uires à deo, recte facit, iuxta Iacobi monita dicen-  
tis: Qui indiget sapientia, postulet à deo. Sed qui in Iacob.  
hoc postulat, ut inter huius mundi rabinos magni si-  
at, excidit à prescripto dominice precationis. Orat  
David: Da mihi intellectum domine: sed quid addite Psal. 118.  
ut discam mandata tua. Iam in his quae recte petūtur  
à deo, non raro peccatur ordine. Peccat qui frequen-  
tius & instantius à deo petit opes, aut corporis bonā  
ualetudinem, quām fidem & charitatem, aut sacre  
scripture cognitionem, quarum rerum ut oportet pri-  
mam esse curam, ita præcipuam decet esse mentionē  
in precibus. Nunc uidemus in his apud uulgas ordi-  
nem haberi præpostorum, apud quosdā ne mentionē

e 4 quidē

## MODVS ORANDI PER

quidem fieri eorum que uel sola fuerant postulanda,  
sed longius aberrant à prescripto Christi, qui uel im-  
pia petunt à dco, uel pernicioſa proximis. Quum mi-  
les conductius orat: Da ut spoliatis templis et inno-  
xijs agricolis onustus redeam domum sacrilega. præ-  
da; quum impius medicus orat: Multos corripiat mor-  
bus, aut qui ægrotant diu ægrotet, ut mihi quæstus sit  
überior: quum hæres orat: Moriantur nimium uiua-  
ces cognati, ut mihi cito obueniat hæreditas. Has  
preces quoniam à carne, non à spiritu proficiscuntur,  
non audit spiritus deus: aut si audit, precantium ma-  
lo audit, prouocant enim irā dei. Sic audiuit uota po-  
puli Israëlitici flagitantis regem: quemadmodum, ut  
est in apologiſ, Iupiter annuit flagitationi ranarum,  
pro trabe petentium regem magis impigrum, et ac-  
cepere eiconiam. Sed sceleratior est illorū precatio,  
qui stimulati liuore sibi ipsis male precantur, ut fra-  
tri quem oderunt sit peius: quemadmodum est in apo-  
logiſ de duobus negotiatoribus, quorum alter inuide-  
bat alteri, quibus cum Mercurius deferret, ut quoniā  
cum deo commercium habuissent, peteret alteruter illo-  
rum quicquid uellet, alterum qui non petisset, duplū  
eius laturū quod alter optasset, uterq; detrectabat pe-  
tere. Tandē urgente Mercurio, alter petiit ut sibi pe-  
riret unus oculorum, sperans futurum ut alteri peri-  
ret uterq;. Atq; hec quidem ridentur in apologiſ, ue-  
rum serio deflentur in uita mortaliū, atq; adeo, quod  
est

## DES. ERASMUM R.O.T.

est grauius, Christianorum, si modo tales huius nominis honore digni sunt. In his non solum reperias, qui hac lege cupiunt esse lufci, ut is cui male uolunt fiat cecus, uerum etiam qui inimici mortem sua morte cupiunt emptam: qui inimici infamiam, sue famae exi, tio mercari properent. Quid igitur istis faciendū est? Monendi sunt ut multis cum lachrymis orent deum, ut à talibus uotis liberetur, per quæ miseriores sunt, quam essent his grauati malis quæ alijs imprecatur. Miles enim qui templo, qui domos innocentium diripit, infelior est sua prava cupiditate, quam is qui spoliatur sua calamitate. Medicus qui morbum optat alijs, longe miserior est auaritiæ malo, quam alijs suo morbo. Inuidus qui male precatur proximo, multo infelior est suo uoto, quam si malum hoc haberet, quod alijs imprecatur. Constat igitur, nihil à deo petendū, quod non referatur ad aliquam septem dominice pre cationis partium. Quicquid petimus quod spectat ad diuini nominis gloriam, ad primam particulam pertinet: Sanctificetur nomen tuū. Quicquid ad propagandam refertur: Adueniat regnum tuum. Quicquid ad obseruationem præceptorum dei, ad tertiam pertinet: Fiat uoluntas eorū. Quicquid ad corroborationem ac profectionem spiritus nostri, aut etiam ad necessitatē huius uite, ad quartam refertur: Panē nostrū eorū. Quicquid ad fraternalm concordiam et pacē cū deo seruāt

e 5 dame

## MODVS ORANDI PER

dām pertinet, quarum hæc constat misericordia dei, quotidianis lapsibus nostris clementer ignoscētis, illa facilitate condonandi, si quid proximus in proximis deliquerit, ad quintam spectat: *Dimitte nobis debita.* *Etc.* Quicquid pertinet ad impetranda præsidia cœlestis gratiæ, quibus munimur aduersus insultus demonum, carnis, mundi, ad sextam refertur: *Et ne nos inducas.* Quicquid pertinet ad finienda mala omnia, et consummationem nostræ felicitatis, quæ perfecta non cōtingit, nisi post hanc uitam, ad ultimā portiōnem spectat: *Sed libera nos à malo.* Restat expedīendum, quod quarto loco polliciti sumus, quo modo sit orandum. Vbi primum illud in questionem uocatum est à priscis, an fas sit alijs uerbis orare, quām habet formula nobis à Christo præscripta, quum satis constet, nihil petendum, quod in hac formula nō cōtineatur. Nec difficilis est huius questionis solutio, quū ex Euangelicis literis constet, dominum ipsum alijs uerbis orasse, uelut Ioan. cap. 17. *Pater, uenit hora, clarifica filium tuū, ut filius tuus clarificet te.* Sicut dediti sti ei potestatē omnis carnis, ut omne quod dedisti ei, det eis uitam eternam. *Etc.* quæ sequuntur: non paucis uerbis, nihil aliud orat, nisi quod in oratione dominica paucis dicitur: *Sanctificetur nomen tuum.* Rursum in horto: *Pater, si fieri potest. Etc.* qd aliud orat, quām ut fiat uolūtas patris in omnibus: *Quin et de scipuli sic orant:* *Tu domine qui corda nostri homini* num

## DES. ERASMVM RÖT.

num. Rursus orant alijs uerbis, cap. quarto: Domine  
qui fecisti coelum & terram, mare & omnia &c.  
Preterea quum pleriq; psalmi nihil aliud habeant  
quam deprecationes, non ueretur tamen ecclesia per  
psalmos sua uota offerre domino, quod certo sciat,  
quod in psalmis quicquid habetur, licet discrepet a  
uerbis, non discrepat tamen a sententia dominice  
precationis. Etenim si quis oret uerbis Ecclesiasti-  
ci: Miserere nostri deus omnium, respice nos, et ostē Eccles. 36.  
de nobis lucem miserationum tuarum, et immittē ti-  
morem tuum super gentes, quae non exquisierunt  
te, ut cognoscant quia non est deus nisi tu, ut enar-  
rent magnalia tua. Alleua manum tuam super gen-  
tes alienas, ut uideant potentiam tuam. Sicut enim in  
conspectu illorum sanctificatus es in nobis, sic in con-  
spectu nostro magnificaberis in eis, ut cognoscant  
te sicut nos cognouimus: quia non est deus prætere  
domine. Innova signa, et immuta mirabilia, glorifi-  
ca manum et brachium dextrum, pluribus quidē uer-  
bis, alijsq; sed tamen nihil aliud petierit, quam quod  
tribus uerbis petebant Apostoli: Sanctificetur nomen  
tuum. Nec aliud petierit, qui dixerit uerbis psalmi-  
stæ: Omnes gentes quascunq; fecisti, ueniant et ado Psal. 85.  
rent te domine, et glorifient nomen tuum. Quoniam  
magnum es, et faciens mirabilia. Tu es deus so-  
lus. Aut qui sic oret: Exaltare super caelos deus, et  
in omni terra gloria tua. Qui mystico sensu dixerit  
illum

## MODVS ORANDI PER

**Psal. 103.** illum è psalmo uersiculum: Emitte spiritum tuum ex creabuntur, et renouabis faciem terræ: diuersis quidem uerbis, sed tamen idem orarit, quod orabat Apo stoli dicentes: Adueniat regnum tuum. Huc pertinet quod in psalmis aut prophetis dictum est de subigen dis aut proterendis hostibus genti Israëliticæ, de stabilienda et ædificanda Hierosolyma, de regno David et Solomonis sempiterno. Siquidem cōstat huiusmodi typis significari regnum euāgelicum, et ecclesiā

**Psal. 118.** Christi. Item qui sic orat: Gressus meos dirige secun

**Psal. 85.** dum eloquium tuum, et nō dominetur in me omnis iniustitia. Aut sic: Deduc me domine in uia tua: et ingrediar in ueritate tua. Lætetur cor meum ut timeat nomen tuum: Nihil diuersum orat ab eo: Fiat uolūtas tua, sicut in cœlo et in terra. Qui sic orat: Mēdicitas

**Prouer. 50.** tem et diuitias ne dederis mihi, sed tantum tribue ui

**Sapien. 9.** Et uia mea necessaria. Aut qui sic: Da mihi domine se

**Psal. 142.** dium tuarum affricem sapientiam. Aut qui sic: Ser uus tuus ego sum. Da mihi intellectum domine, ut discam mandata tua: nō aliud petit, quam qui dicit: Pa nem nostrum quotidianum da nobis hodie. Nā ut pānis nomine comprehenditur, quicquid ad huius uite corporalem necessitatem pertinet: ita quicquid animum corroborat, panis est, sed præcipue sermo domini.

**Psal. 131.** Qui sic orat: Memento domine David, et omnis

**Psal. 7.** mansuetudinis eius. Et: Domine si feci istud, si est ini quitas in manibus meis: Si reddidi retribuētibus mihi mala

## DES. ERASMVM ROT.

mata, consentit cum eo quod dicitur: Et dimitte nobis debita nostra. Rursus qui sic orat: Ne tradas bestiis Psal. 73. animas confitentium tibi. Aut: Ne tradideris me in annis tribulantium me, quoniam insurrexerunt in me. Aut: Psal. 139. Eripe me domine ab homine malo. Et: Ne tradas me domine a desiderio meo peccatori, cogitarunt contra me, ne derelinquas me. Aut sic: Domine pater et deus Eccles. 23. us uitae meae, ne derelinquas me in cogitatu maligno, et consilio eorum ne finas cadere in illa exprobatione. Extollentiam oculorum ne dederis mihi, et omnino desiderium prauum auerte a me. Aufer a me uenitae concupiscentiam, et concubitus concupiscentiae ne apprehendant me, et animae irreuerenti, et infirmitate ne tradas me: quid aliud petit quam is qui dicit: Ne nos inducas in temptationem? Item qui sic orat: Libera me domine a persequentibus me, quia confortati sunt supra me. Educ de custodia animam meam ad coetendum nomini tuo: Me expectant iusti donec retribuat mihi: uerbis dissonat, re consentit cum eo qui dicit: Sed libera nos a malo. Ita si quis percurrat per uniuersam scripturam sacram, que passim habet uarias prectionum formas, nihil comperiet quod non ad aliquam prectionis dominicae particulam pertinet. Summa uero omnium, quae petuntur, ad eundem scopum spectent oportet, de quo meminit psalmus: Vnde Psal. 26. cam petij a domino, hanc requiram, ut inhabitem in domo domini omnibus diebus uite meae. Itaque inter innus

## MODVS ORANDI PER

Innumeras precandi formas, prima semper fuit apud Christianos autoritas ei, quam prescripsit ipse dominus, atq; hac uelut omnium sacratissima præcipue leguntur usi Apostoli, et horum successores in consecratione corporis et sanguinis dominici, quæ quoniam concuerit omni argumento, uix fieri potest ut quisquam ea intempestive utatur, nisi quum idiote per orationem dominicam sanctos appellant, ueluti quem negociator soluturus, sancto Christophoro merces suas committit, et occinit illi ter precationem dominicanam, non sine salutatione Virginis matris. Ridebat nobis olim quidam Louanijs, uir simplex potius quam impius, qui solitus est peractis sacris obambulare per singulas aras, et diuos ac diuas aliquot, erga quos peculiarem gerebat affectum, precatione dominica salutare, eo peracto fixis aliquantulum generibus audebat nomine diui aut diuae, in cuius gratia oraverat dicēs, hoc tuum est sancta Barbara. Hoc tibi habet sancte Roche: ne quis diuorum qui in eadem arastabant præriiperet sibi, quod alteri fuerat destinatum, atq; inter sanctos nasceretur contentio. Horum simplicitas admonenda est, ut si quod orando dicant non habent, saltet illud dicant: Sancte Petre ora pro me, sancta Barbara ora pro me. Alioqui quod absurdius apud virgini dicere, Pater noster, qui es in celis: aut sancto Christophoro: Ave Maria gratia plena: aut sancto Georgio: Dimitte nobis debita nostra: Poterūt ergo illi

lud

## DES. ERASMVM ROT.

Iud doceri, ut in precibus meminerint, qua uirtute d<sup>e</sup>t  
uorum quisq; præcelluerit, ut Virgini matri dicant,  
Impetra mihi à filio tuo castitatis ac modestiae donū,  
Paulo dicant: Euangelij fortissime prece commenda  
me Christo, ut illius adiutus gratia præstare queā, qd  
ille nos per te docuit: Martino dicāt, Adiuua me tuis  
precibus, ut in tolerandis iniurijs tue lenitatis imita  
tor esse possim. Atq; itē de cæteris, sic enim fiet, ut mi  
nus absurdā sit idiotarū precatio, simulq; cōmonefis  
ent quid in quoq; sit imitandū. Verū, ut quod cœpes  
ramus persequamur. Si recedendum erit à uerbis do  
minicæ precationis, proximū erit uti uerbis ex sacra  
scriptura decerp̄tis, utcūq; res ac præsens necessitas  
postulauerit. Huiusmedi plurimas formulas suppedita  
bit liber Psalmorum, quorum aliquot nobis indica  
uit Athanasius. Quanq; ex cæteris interim uolu  
minibus poterit sibi quisq; formulas aliquot parare.  
Neq; quicquam uetererit eandē precationē uarijs ex  
locis uelut opere musico contexere. Quod genus, si  
quis petat auxiliū à deo, ut uitare possit obtrectatio  
nis aut turpiloquij uitium, dicat ex psalmo 119: Do  
mine libera animam meam à labijs iniquis, ex à lim  
gua dolosa. Rursus ex proverbijs cap. quarto: Remo  
ue à me os prauum, ex detrahentia labia sint procul  
à me: Et pone custodiam ori meo. Item ex Paulo: Sit  
sermo meus semper in gratia sale conditus, ut sciām  
quomodo oporteat unicuique respondere. Sit unum  
hoc

Coloss. 4.

## MODVS ORANDI PER

hoc exempli gratia productum, quum alioqui formule sint innumerae. Neq; quicquam hic ueterit modis, ea deflexione sermonem ad id quod agimus accomodare, uelut quū ex præcepto, aut narratione, seu promissione facimus deprecationem. Huius rei hoc exēs

**Prover. 4.** plū est. Præcipit Solomon: Omni custodia serua cor tuum, quoniam ex ipso uita procedit. Hoc sic in pre cationem deflexeris: Da domine ut te custodiente omni custodia seruem cor meum, ut ex ipso procedat uita æterna. Narratur 4. Regū quarto, Ezechias sic orasse: Obsecro domine, memento queso quomodo ambulauerim corā te in ueritate & corde perfecto, & quod placitum est coram te fecerim. Ex hac for ma quiuis rex aut episcopus sic orare poterit: Obsecro domine, da ut ambulem coram te in ueritate & in corde perfecto, ut quod placitum est coram te, fa

**Ioan. 14.** ciām. Promissio est: Si quis diligit me, sermonē meū seruabit, & pater meus diligit eum, & ad eum uenies, & māsionem apud eum faciemus. Hinc sic cū detur precatio: Imparti mihi domine Iesu spiritū tuū, ut diligam te, ac seruem sermones tuos, ut merear et à patre tuo diligī, dignusq; censeri ad quem pariter ueniatis in æternum mansuri. Iam in deprecandis malis eadem ratio est contrariorum, hoc est uetitorum, quæ præceptorum: narrate rej malæ, quæ bone: & minarum, quæ promissorum. Non solum autem tutissimum est, uerum etiam ad impetrandum quod optas efficacius,

D E S . E R A S M V M R O T .

efficacius, à uerbis ac sententijs diuinitus afflatae scrip  
pture non recedere. Inest enim & in ipsis uerbis <sup>Evēgo</sup>  
xæc quædam peculiaris, & deus sua uerba libentius  
agnoscit. Tertium autoritatis locum obtinebunt à uete  
ribus nobis traditæ precatiunculae, quas collectas uo  
cant, quibus olim solenniter ecclesia cōsueuit uti in cul  
tu diuino, atque etiam in sacrificijs ante consecrationē  
& post consecrationem corporis dominici. Sunt enim  
& in his quæ resipiunt apostolicum ac syncerum spir  
ritum, & pleræq; commoda breuitate pariq; perspicui  
tate sententiam absoluunt, sic ut periodus constet ferè  
duobus membris, quorum utrunque potest in duo com  
mata diuidi, & inter duo membra intercedat comma  
sive membrum solitarium. Deinde succedat coronis,  
que totidem ferè partibus constat, per dominum nostrū  
Iesum Christum. Etiam si commatum & colorum nec  
ratio, nec numerus sic habeat perpetuo, quemadmodū  
dixi, nusquam tamen non habent suas periodos modu  
latas. Si quis requirat exemplū, dabo: Deus cuius pro  
videntia, comma est: in sua dispositione non fallitur, al  
terum comma est absoluens membrum prius: Te sup  
plices exoramus, tertium comma est: solitarium, ac  
dirimens, duo membra, ut noxia cuncta submoueas,  
comma est prius secundi membra: & omnia nobis pro  
futura concedas, comma est absoluens membrum. De  
inde sequitur ferè totidem uerbis, ac membris coronis,  
per dominum nostrum &. Sunt quæ duobus membris  
f constant,

## MODVS ORANDI PER

constant, sed quæ possis in quatuor commata diducere, præcedente commate solitario, uelut hic, da nobis dominus quæsumus, ut & mundi cursus pacifice nobis tuo ordini dirigatur, & ecclesia tua tranquilla deuotio ne laetetur. Sunt quæ pluribus commatis constant, sunt quæ paucioribus, unde hæc superstitionis persequi non est huius instituti. Ex harum igitur prectionum acerbo poterit sibi quisque diligere certas ad plerasque precandi occasiones, formas, uelut ad implorandum auxilium aduersus tentationem, ad impetrandum admissi sceleris ueniam, ad impetrandum charitatis & fidei augmentum, pro pace publica, pro profectu Euangelij. Has sacerdos olim sic pronunciabat, ut totus populus & audiret & intelligeret, eoque ueluti pariter cum illo oraret, tacitis duntaxat affectibus, demum uoce clara accincret, Amen. Id tum commode fiebat, quoniam sacerdos ea lingua sacrificabat, quæ populo erat communis. Nunc linguis nouatis, ritus tamen uetus manet. Nec satis adhuc constat, utrum magis expeditat relinqueret, an nouare, quod iam inueterauit. Scio hanc esse multitudinis imperitæ naturam, ut magis reucreat tur, quod non intelligit. Sed interim minus utilitatis reddit ad populum, ad quem sola uox antistitis peruenit. Ego nouandæ consuetudinis autor esse nolim. Huic tamen incommodo hoc inueniri remedium poterit, ut singulorum dierum collectas populus uulgari lingua scriptas priuatim apud se legat. Idem fieri poterit in epistolis

DES. ERASMVM R.O.T.

Epistolis ac Euangelijs, precationeque dominica. Ostendi tres orandi formulas, quanquam nihil etiam uerat hominem suos affectus quibuscunque uerbis apereire deo, praesertim quum orat solus, modo petat in nomine Iesu, ex ea postulet, que non pugnant cum scopo salutis aeternae, nec abhorrent ab his quae nobis prescripsit dominus in sua formula. Ethnicis tutum non erat iouem alijs ritibus ac uerbis euocasse quam oportuit: nec tuto uerba facit apud regem, aut apud iudicem, qui solennes dicendi formulas ignorat: deus quum sit omnium maximus, tamen nihil habet huiusmodi morositatis, omnia boni consulit, ne sollicitus quidem offenditur, modo mens sit sincera. Habent Rethores partes generis, quod petitiorum uocant. Est autem haec species suasorij. Huius rationem alias indicauimus, ut hic repeterem non solum superfluum sit, uerum etiam ineptum in re sacra. Nos, inquit Paulus, quid quemadmodum oporteat orare nescimus, sed spiritus orat pro nobis. Proinde qui spiritum habent Christi, his ipse spiritus ultro suggerit, ex quid orare debent, ex quomodo. Nihil tamen prohibet rationem aliquam orandi commonstrare, non tam petitam ex rhetorum praeceptis, quam ex sacrorum uoluminum exemplis, in quibus animaduertere licet laudem, aut conquisitionem, que pertinet ad conciliandu fauore proceris loco, nonnunquam ex gratiaru actione quam ostendimus esse laudis genus. Adhibentur ex ea que reddunt fidei auditum,

Rom. 8.

## MODVS ORANDI PER

auditorem attentum, præterea & narratio, quæ plerumque conquestionem habet admixtam, & amplificationem & evaginacum quæ rem subiicit oculis. Videas illic, & argumentationem & expostulationem. Breuiter quicquid adhibetur apud præpotentem hominem unde cupias aliquid impetrare. Laus est nonnunquam in sola appellatione honorifica, quam ipsam oportet esse accommodam rei, uelut orans pro membris, quæ adhuc periclitantur in terris: dicens: Pater noster qui es in cœlis. Et in Actis discipuli, κύριε καρδιογνώστης πάτερ, quum ipsi ignari qualis intus esset homo, pertinuit ut deligat quem magis idoneum iudicasset. Et sapientiam à deo petiturus, recte prefabitur: Aeterni patris æterna sapientia Iesu Christi. Nec aptitudinis ratio tantum habenda est in appellando, uerum etiam in tota precatione. Quanquam enim non ita magnificer fert, quid à qua persona petas, tamen auxilium aduersus hostes ac dæmones, aptius petas ab omnipotente patre: ut reconciliet nobis patrem, accommodatus petiueris à filio: ut augeatur in nobis diuina gratia, congruentius postularis à spiritu sancto. Conquestionis exempla quoniam passim in sacris literis sunt obuia, non est necesse repetere. Querimonie nonnunquam additur

Hier. 20. uelut expostulatio, sic Hieremias: Seduxisti me domine & seductus sum, fortior me fuisti & inualuisti. Ali

Hier. 17. cubi idem facit blandities, sic Hieremias: Ne sis mihi

Psal. 70 tu formidini, spes mea tu in die afflictionis. Et in psal.

Spes

## DES. ERASMVM R.O.T.

Spes mea ab uberib⁹ matris meæ. Et: Domine spes mea Psal. 21.  
In iuuentute mea. Gratiarū actio pauperum petax est.  
Etenim qui gratias agit prædiuiti pro beneficijs prete  
ritis, tacite petit nouum beneficium. Et dignos eos iude  
camus accepto beneficio, qui agnoscunt ac memine  
runt. Attentio paratur partim flagitando, ut: Exaudi Psal. 101.  
domine orationem meam, et clamor meus ad te perue  
niat. Et, intret in conspectu tuo oratio mea, inclina au  
rem tuam ad precem meam. Partim si ostendamus noe  
strum malum ad ipsius quem oramus iniuriam pertine  
re, ita psal. 113: Non nobis domine non nobis, sed nomi  
ni tuo da gloriam. Super misericordia tua et ueritate  
tua, ne quando dicant gentes: ubi est deus eorum? Item  
psal. 78. Ne memineris iniquitatum nostrarum antea  
quarum, cito anticipent nos misericordiae tuæ, quia pa  
peres facti sumus nimis. Adiuua nos deus salutaris no  
ster, et propter gloriam nominis tui domine libera  
nos. Et propitius esto peccatis nostris propter nomen  
tuum, ne forte dicant in gentibus: ubi est deus eorum?  
Sed hæc pars magis conuenit argumentationi, de qua  
mox dicemus. Cæterum hic plurimum habet momentū  
quā declaramus nobis nihil esse presidiū in nostris mes  
ritis ac uiribus, nec in alio spem esse nobis, sed totos  
nos pendere ab ipsius ope, cuius misericordia seruans  
tur uniuersi. Narratio est Act. 4. Conuenerunt enī  
uere aduersus puerum tuum Iesum in ciuitate ista et.  
In argumentatiōe potissimū tractantur hæ partes, quia  
f 3 potest,

## MODVS ORANDI PER

potest, quia uult, quia solet, quia debet. A facultate sicut  
Deus omnipotens, qui solo nutu potes quicquid uis:  
quia uult, nimirū ipsa bonitas ac misericordia: quia so-  
let, uel cōmemoratis aliorū exemplis, uel his beneficijs,  
quæ in nos ipsos iam sēpc contulit. Conuenit autem ut  
sui similis sit, qui semper benefecit. Debet autem, non  
quia nos promeremur, sed quia ille promisit. Nam,  
**Memento domine David, & omnis mansuetudinis eius.**  
Exaudi domine iusticiam meam, & huiusmodi psalmi  
magis opinor quadrant in personā Christi quam homi-  
nis. Nimirum hæc est illa ueritas quæ in diuinis literis  
frequenter coniungitur misericordiæ, uelut psalmo. 88.  
Misericordia & ueritas præcedent faciem tuam. Mis-  
ericordia dicitur, quia non promeremur quod petimus:  
ueritas, quia quodammodo ille debet ex promisso. Pro-  
misit per prophetam obliuionem omnium commissio-  
rum. **Quacunq; hora peccator resipiscens ingemuerit;**  
promisit per filium uitam æternam, qui crediderint Et  
uangelio, unde quodammodo exigitur à deo quod pol-  
licitus est. Commemoratur in petitione iuxta rhetoru-  
m̄ præcepta pollicitatio. Et hæc inuenitur in sacris preci-  
bus. Sic David: Docebo iniquos vias tuas, & impij ad  
te conuertentur. Et os meū annunciat laudem tuam,  
Tunc acceptabis sacrificiū iusticiæ, oblationes & ho-  
locausta. Nihil aliud homo potest polliceri deo, nec ille  
aliud expectat præmiū. Quicquid autem horum fit in  
orando, ad nos pertinet, non ad deū. Nec enim deus dei-  
linetur

D E S . E R A S M U M R O T .

linitur audiendo laudes suas, quemadmodum homines,  
sed nos laudantes illum magis ac magis discimus, ac si  
spicimus illius magnitudinem. Commemorandis autem  
et exaggerandis malis nostris non hoc agitur, ut in de-  
uersum mutatus oratione nostra ex irato fiat propiti-  
us, sed ut ipsi dum melius magnitudinem nostrae cala-  
mitatis agnoscimus, uehementius expetamus illius mis-  
ericordiam. Itidem quum ea dicuntur quae pariunt at-  
tentionem, non huc proficitur, ut deus ante dormie-  
tans excitetur, quum illum nihil fugiat eorum quae la-  
tent in cordibus hominum: sed ut nos instantius ac  
uehementius expetamus, quod ex nobis non prome-  
mur accipere, nisi qui uehementer ambierint. Simili-  
ter et inculcantes quod in alio nullo fiduciam habeas  
mus quam in ipsis promissis ac misericordia, disci-  
mus cui debeamus acceptum ferre quicquid habemus  
boni. Dum pollicemur nos illius erga nos beneficentia-  
m praedicaturos, admonemur ne nobis ascribentes  
quod adepti sumus, reperiamur indigni dei gratia,  
sed ad illius gloriam referamus omnia. Dum promis-  
orum fidem ab illo requirimus, buc proficitur ut cere-  
ta cum fiducia precemur, non meritorum nostrorum,  
sed illius qui neminem sibi fidentem destituit. Dum ar-  
gumentamur et ad ipsius nominis gloriam pertinere,  
ut nos licet alioqui indignos exaudiat, hoc discimus,  
ut in bonis et in malis nostris non aliò spectemus quam  
ad gloriam eius. Nec alià pertinent obtestationes et

f 4 obsecra

## MODVS ORANDI PER

obsecrationes per filium eius, per ipsius erga nos charitatem ineffabilem, per mortem, per resurrectionem, per omnia quae nostra causa uel fecit, uel passus est, nisi ut penitus intelligamus, a quo, et per quem nobis proficiscatur, quicquid pertinet ad salutem aeternam. Hæc omnia melius tractabit, qui fuerit in diuinis literis

**Questio.** Iam illud queri solet, utrum exigatur oris ac uocis deprecation, an sufficiat tacitus animi potentis affectus. Evidem arbitror hoc esse liberum in priuatione deprecationibus, utrum malis simul et labijs sonare quod animo flagitas, an tacitus uotis duntaxat sollicitare dei clementiam, quæ nihil moratur uoces nostras. Ac sè penumero plus impetrant tacita suspiria lachrymæ, quam magni clamores. Alioqui quemadmodum in ieiunio non solum abducimus animum ab omnibus huius mundi delectamentis, uerum etiam corpus inediæ castigamus, ut totus homò deo seruiat, qui totus fructus est immortalitatis præmio: ita conuenit, ut in sacrificio preceptionis et spiritu psallamus et mente. Id uero potissimum conducit his qui nondum exercitati sunt ad orandum. Nam hi cantandis sacris precibus, uelut discunt orare, et ex ipsa uocis agitatione nascitur non nunquam affectus animi. In hoc enim sunt utiles ceremoniae, ut per uisibilia ad inuisibilia proficiamus. Quemadmodum pueri prius docentur legere quam intelligere possint quod legunt. Eodem conducunt et loci nitor ac religio, et sacra uestis, et corporis habitus siue

DES. ERASMVM ROT.

siue procumbentis in terram, siue flexis genibus demit  
tentis se se, siue sublatis manibus suspicientis in caelum.  
Nam haec omnia nonnunquam adiuuant deprecationem  
nem nostram, etiam si quocunq; loco, quocunque gestu  
fusam deprecationem audit deus, siue id in lecto facili  
as cubans, siue in balneo lauans, siue in officina labo  
rans. In solennibus tamen precationibus non oportet ne  
gligere corporales ceremonias propter infirmos, qui  
bus istiusmodi conducunt: sed his ceremonijs utendum  
est, quae prouocant et alios ad orandum. Nec enim deo  
cet ut militari boatu uocis aut lasciuia modulatione flau  
gites dei misericordiam, nec conuenit ut vox sonet: Mi  
serere mei deus secundum magnam misericordiam tuu  
am, et uultu oculisq; lasciuientes liceantur puellas.  
Optandum autem esset, ut totus cultus diuinus, qui tribus  
potissimum constat hymnis, doctrina et precatio  
ne, lingua toti populo nota perageretur, quemadmo  
dum olim fieri consueuit, omniaq; sic explanate distin  
cteque sonarentur, ut ab attentis possent intelligi. Sic  
enim a multis eadem simul ageretur fabula, essetq; co  
mune totius populi sacrificium, sacerdotes orarent, po  
pulus simul orans responderet, Amen. Euangelium et  
epistolam tacitus audiret, hymnos simul modularetur  
non incondito boatu, sed angelica modulatione, plena  
modestiae, plena reverentiae, tanquam in conspectu sum  
mi regis, tanquam inter choros angelorum, ac piarum  
animarum. Id mea sententia rectius congrueret, quam  
f s quod

## MODVS ORANDI PER

quod hodie fit apud plerosq; dum sacerdos cum paucis  
suo fungitur officio, in populo alius aliud orat, legit,  
aut cogitat, alienissimū ab eo qd' agit sacerdos, ut iam  
ecclesiæ sint, non ecclesia. Et tamen hoc quoq; tolerat  
bilius, quām quod fieri uidemus in plerisq; regionibus.  
Toto tempore sacri aut immurmurant proxima nu-  
garum aliquid in aurem, aut inambulantes de propha-  
nis & ineptis negocijs indecore garriunt, nonnunquā  
tanta insolentia, ut ob horum strepitus, sacerdotis uoce  
ne audiri quidem possit. Certe postremum hoc modis  
omnibus tollendum erat è moribvs Christianorum, pri-  
us illud ex eorum est numero, qualia multa sunt in  
uita mortaliū, quæ magis optare liceat, quām spe-  
rare. Optandum & illud, ut cultus qui publicitus per-  
agitur in templis locisue sacris, neq; nimium prolixus  
esset, quod nihil sit peius quām rerum optimarum sa-  
cietas, & apud omnes gentes Christiani nominis idem  
esset. Nunc quanta in singulis penè ecclesijs diuersi-  
tas, imò quantum fuit studium quibusdam ne quid cum  
alijs conueniret? Quām prolixis canticis ac precibus  
onerantur monachi quidam, à quibus ingenti tædio  
ut cunque persolutis, quanto cum gaudio discedunt ad  
lusus, ad fabulas, ad conuiua? Atqui si laudantur con-  
uiua lauta magis quām prolixa, unde cum orexifuri-  
gitur, quanto magis oportet diuini cultus cum esse mo-  
dum, ut citra tædium cum alacritate peragatur, &  
ad intermissum magna cum auiditate redatur. Certe  
priuat as

DES. ERASMVM ROT.

priuatas preces phas sit suo quemq; animo metiri, &  
 orationis modū uel pro mentis affectu, qui nō semper  
 ēque feruidus est, uel pro negotiorum necessitate tem-  
 perare. Nam in precibus, quæ simul à multis fiunt, &  
 quas aportet simul à multis & incipi & finiri, ne quid  
 oriatur tumultus in ecclesia, talem oportet esse medios  
 eritatem, ut & feruidis ac ociosis utcunque fiat satis,  
 nec tepidi & occupati tedium enecentur. Vbi quis secū  
 orat, aut cum unanimi quopiam amiculo, nihil uetus  
 rit, si quando inter orandum in signis aliquis affectus  
 corripuerit animū, in eo loco cōmorari, donec perseuer-  
 erit animi libido, aut sancta cōfabulatione preces in-  
 terrumpere. Cæterum occupatis congruunt ille breuissi-  
 me quidem, sed subinde uelut eiaculatæ precatiuncu-  
 lae, quæ solent olim monachis apud Agyptios opus ma-  
 nuum interrumpere, uel ipsum potius opus condire.  
 Vix enim fieri potest, ut humanae mentis intentio diu  
 perseueret in eodem habitu, sed protinus aut tepescit  
 mora, aut alijs cogitationibus intercurrentibus inter-  
 rumpitur. Respondeat aliquis, ἀλλος οὐδεὶς δι-  
 cīta. Olim monachi ferè laici erant & operis manua-  
 rijs exercebantur, nunc sacerdotibus non idem conuen-  
 nit. Atqui Paulus apostolus non iudicauit sibi indeco-  
 rum consuere pelles. Si in perferendo longiorum pres-  
 cum tedium laus est uel obedientie uel patientie Christi  
 anæ, quero quam laudem essent habituri, si iussu Abba-  
 tis certis horis id facere cogerentur, quod apud inferos  
 facere

## MODVS ORANDI PER

facere dicitur Sisyphus? At qui congruentius arbitror ad id abuti saxo, quam sacris hymnis ac precibus. Optandum et illud, nihil in his admisceri, quod est diuinis libris de promptum non sit, aut certe ab his uiris profectum, quorum monumenta spirant Christum. Quo magis oportet omnem abesse lasciuiam, questum, adulatio nem, ceterosque affectus indignos cultu sacro. Quum Christianus adornat bellum in Christianum, indecora sacrificus precatur suis gloriosem uictoriam, hostibus exitium, quum utraque pars nonnunquam deo displaceat. In precibus, quas ex institutione Pauli, pro regibus et in dignitate constitutis fundit sacrificus, Christianus esset optare principi bonam ac deo dignam mentem, sapientiam, pietatem, quam triumphos, uictorias et glorias: parumque decore ad sacram mensam quem pro principe supplicatur, audiuntur illi gloriosi tuli, uictoriosissimo, inuictissimo, et triuphantissimo. Magis etiam indecorum est, quod quidam inter sacrificandum adorant eum, in cuius gratiam sacrificant conducti, non sine specie seruulis et abiecte adulacionis. Denique tametsi probandum est, quod pro suo quisque principe orat, tamen conueniret, ut in publicis precibus non huius aut illius, sed omnium principum Christianorum generalis fieret mentio. Quin etiam Turcis, aut si qui sunt hostes Christiani nominis, magis conueniat precari misericordiam domini, quam exitium. Verum haec obiter admonere uisum est, nunc ad id quod agebamus,

D E S .   E R A S M V M   R O T .

mus, reuertimur. Itaq; genus hoc orandi breve congruit his quoq; qui in publicis functionibus uersantur, licet enim regibus in consilium cunctibus sic orare tacite: Deus sine cuius spiritu, nihil recte geritur, digneris hunc interesse consilio, ne quid statuatur, quod tuam offendat maiestatem: licet iudici pro tribunali sedenti, sic precari tacite: Adsit domine tua moderatrix omnium sapientia, ne quid me iudice patiatur innocens, qd non meretur, neue cuiquam fiat iniuria: licet ex legato inter equitandum sic precari: dirige domine deus natus in conspectu tuo uiam meam, aut si quid aliud fuggerat pius affectus. Iam video persuasum monarchis quibusdam, ex exemplum, ut fit, indies ad plures dimicant, ut singulis diebus persoluant pensum earum presum, quas clericorum ordo solenniter in templis peragat statis horis, unde ex horarias uulgò dicunt. Eam principum religionem nequaquam damnauerim, modo ne putent se se rem magnam prestitisse, quum hoc pensum persoluerint, praesertim si quod ore sonant non intelligant, quod multis accidere uerisimile est, certe iuxta sensum mysticum, neue credant magnum quiddam esse uerba illa tantū personuisse. Si quid otij superest principibus à negocij necessarijs, id malim impendi perdis scandis preceptis diuinis, aut parabolis Salomonis, aut Apophthegmatis laudatorum principum, quorum magnam uim collegit Plutarchus, aut his libris, quos homines erudit de republica priuataque administranda reliquer.

## M O D U S · O R A N D I · P E R

reliquerunt. Quod genus sunt Aristotelis politica, Oeconomica, ex Ethica: Officia Ciceronis, Platonis dialogi de legibus ac republica, Isocratis de regno, ex Xenophontis Cyropædia, et Oeconomica. Eodem non nihil conducent et nostra, quæ scripsimus de principe Christiano, de bello, de reditu Philippi principis ex Hispanijs. Satis orauit princeps si curauit ut integris et incorruptis uiris committeretur magistratus, si sua prudentia bellum exclusit: si uim potentum depulit a ceruicibus imbecillum, si quam minimo sanguinis humani dispencio, conatus facinorosorum coercuit, si sanctis legibus ac moribus publicam disciplinam stabiliuit. Nam his neglectis tempus dicendis preculis abs sumere, non solum religio non est, sed est etiam piaeculum et hypocrisis. Subleuandus est populus a prædonibus oppressus, et dicitur querelam deferentibus ac principis opem implorantibus: Abite, princeps orat. Dicitur interpellatrici uiduae aut pupillo: Non est otium, princeps orat. Et tamen si qua puella, si quis morio, si quis qui canem bellum adducat, petat adiutum, fortasse non auditurus fit, princeps orat. Ipse dominus Iesus regum omnium rex ac principum princeps, quando legitur submouisse despicabilem illam et calamitosam hominum turbam: Quando iussit illis responderi, abite, dominus coenat. Secedebat ad orandum, sed in desertum, et rursus occurrit affluenti turba. Que frons igitur istis qui interpellantibus non uerentur respondeat.

DE S. ERASMV M R O T.

spondere: Princeps ludit aleam. Episcoporum nomine tolerabilius responderetur, præsal orat, nisi quidam se se tam non excusarent hoc titulo uocantibus ad longe prophaniora. Opinor sanctum Gregorium, priuatas suas preces ad similes interpellationes fuisse relictum. Adrianus Cæsar inter multa, magnâq; uitia, nonnullas uirtutes habuisse legitur, hunc quum per viam cunctem, mulier quedam appellasset, audiri cupiens, ille quoniam aliò properabat, respondit non est otium. Tum illa, noli igitur, inquit, imperare. Id liberius à muliercula dictum, tantus monarcha ciuiliter tulit, restituit & audiuit causam. Ita magis conueniebat ut ad preces illas uocanti sacerdoti dicatur, non est otium, quam calamitosis & innocentibus afflictis. Ad hæc enim quoniam propria regum functio est, turpe est nō esse otium, quum sit otium prolixis precibus, uenationibus, lusibus, saltationibus, morionibus & aleæ, ne quid commemorem his etiam sceleratus. Igitur ad orandum exercitatis argumenta copiosissime suppeditabit sacra lectio, deinde uita ipsa malis bonisq; sic uarians, ut tristium maior sit copia. Si quid imminet aut premit triste, orandum est, si quid accidit feliciter, actis gratijs orandum, ut deus quod dedit uelit eſe perpetuum, si quid commissum est, oranda uenia, si quid cum uirtute gestum, rogarandus deus, ut sua dona augere dignetur in nobis. Si quem uideris hominem egregijs uirtutibus præditum, & ob id perutilem reipublicæ, ora deum

## MODVS ORANDI PER

deum ut multos tales uelit eſſe, ſi quem in ſigniter im-  
probum ac peſtilentem, precare illi mentem meliorem,  
ſimulq; ut feruet te deus, ne talis euadas: ſi cōtigit ma-  
gistratus, peteſ ſapienſiaſ donum ut poſſis recte gerere:  
ſi ademptus eſt, ora ut ſuccedat te uir melior. Si afflu-  
xit rerum copia, roga ut qui dedit facultatem, idem det  
animum bene utendi. Quin illæ ipſæ ciuiles precatiunt  
culæ, ſi ex animo Christiano magis quam ex more di-  
cantur, non abſunt ab orando: ueluti quum dicimus in-  
gredienti iter: Bonus angelus te deducat et reducat  
in columem: marito: precor ut uxor tua feliciter pari-  
at; nouo magistratuſ: Precor ut honor quem aſsequuſ  
tuſ es, ſit et tibi et reipublicæ felix: pio episcopo:  
Christ⁹ Opt. Maximus, diu te feruet in columem ecclæ  
ſiae ſue. Ceteræq; huius genetrix innumerae. Hac mihi  
ferè ſuccurrebant, que ſcriberem de orando uir clarif-  
ſime, ſed idem optime, alioqui uideri poterat alienius  
ad hominem aulæ regiæ procerem de orando ſcribere.  
Si Petrus apostolus omnes Christianos regale ſacer-  
dotium appellat, et ſi peculiare ſacrificium Christiani-  
orum, ut diximus, eſt orare, nemini ſcribi potest inepti-  
te de orando, niſi qui Christianus non eſt. Imò haud  
ſcio an ullis frequentius et ardentius orandum, quam  
magnatibus, qui quo grauiori negotiorum mole pre-  
muntur, hoc magis egent diuino præſidio. Moses ſacer-  
dos non erat, ſed dux populi, et tamen quoties orasse  
pro populo legitur? Dauid rex erat non ſacerdos, et  
tamen

1. Pet. 2.

# DES. ERASMVM ROT.

tamen plurimus est in orando. Solomon rex erat, &  
tamen in dedicatione templi ueluti sacerdos orat pro  
tota multitudine. Ne sit regis orare pro populo, cu,  
ius non est bene uelle populo : nec pro se laboret o,  
rare princeps , cui non est opus ope supremi numi,  
nis . Omnibus dictū est & summatibus & infimati,  
bus, illud Iacobi: Orate pro uobis inuicem, ut salui sia  
tis. Paulus apostolus in quotidianis precibus suis mēt  
tionem facit apud deum eorum quos initiauerat euās  
gelio, sed uicissim illos rogat ut orent pro ipso. Ne ro  
get pro se, qui neque desiderio boni cuiusquam, neq;  
mali metu tenetur . Ne roget pro alio, qui nulli bene  
uult, præterquam uni sibi . In summa ne curet hoc sa  
cificium offerre deo suo, qui à sacerdotio Christiano  
se credit alienum. Nec inficiamur tamen antistitū pe  
culiare munus esse , ut orent pro populo, quem reges  
dum suscepereunt: nec pro uiuis tantum uota faciant,  
uerum etiam pro mortuis. Iacobus ordinauit , ut ad Iacob.5.  
& grotum accersantur ecclesiæ presbyteri, qui deum  
orent pro illius salute, ungātq; oleo in nomine domi  
ni. Et oratio, inquit, fidei saluabit infirmum, & alleua  
bit eum dominus, & si in peccatis sit, remittentur ei.  
Iubetur Abimelech implorare depreciationē Abrahe,  
quod esset propheta. Sic enim legis Geneseos ca. xx.  
Nunc ergo redde uiro suam uxorem , & orabit pro  
te, quia propheta est, & uiues. Norunt quia consue  
5. Reg. 8. Cap. 5. Iacob. 5.

## MODVS ORANDI PER

runt prophetæ colloqui cum deo. Nam cum his collo-  
quitur dominus . Verum quemadmodū post effusum  
in omnes spiritum sanctū , omnes Christiani quodā ,  
modo sacerdotes sunt, ita sunt et prophetæ. Per Chri-  
stum enim omnes accessum habemus ad thronum glo-  
rie illius. Nec interim tamē confundendus est ordo in  
ecclesijs laudabiliter institutus , et à maioribus no-  
bis per manus traditus. Sacerdos astans mensæ domi-  
nicæ, cū autoritate deprecatur pro multitudine. Idem  
conscēso suggestu , dum enarrat scripturas sacras cū  
autoritate prophetam agit , auscultante cum silentio  
populo . Neque fas sit cuiuis hoc muneris sibi sume-  
re. Vbi enim nō est ordo, ibi cōfusio est. Vbi cōfusio,  
ibi trāquillitas esse qui potest? At pax in primis decet  
ecclesiam dei , qui non dedit natura intereste cōtui , in  
suo nomine congregato . Orat igitur antistes pro fra-  
tribus suis ex officio delegato, orat uicissim populus  
pro suo antistite ex fraterna charitate . Prophetam  
agit antistes ex ordinatione , neque tamen phas non  
est cuiuis , quum opus est docere proximum suum, si  
quid assequutus est eruditiois sanctæ. Christiana cha-  
ritas , sic uicissim communicat officia sua, ut non lu-  
xetur ordo membrorum corporis . Rogarit aliquis ,  
quibus temporibus potissimum orandum cēseam. Vi-  
deo literas sacras hæc tria ferè cōiugere, uigiliā, sobri-  
etatem et preces , quod luxus et somnus degrauent.

DES. ERASMVM R.O.T.

animum cupientem cum deo colloqui. Itaque mox à  
primo somno consuendum est uel in lecto breui  
precati uncula compellare dominum. Rursus idē ma  
ne faciendum, priusquam à cubiculo te conferas ad  
prophana ministeria, postremo sub quiete nocturnā.  
Neque contemnēdum est quorundam exemplum, qui  
posteaquam reliquerunt cubile, priusquam cibum ca  
piant, aut aliquid uulgarium negotiorum attingant,  
si detur commoditas curant adesse sacro, si modo  
hic absit omnis superstitione. Sunt enim permulti qui  
credunt quicquid egerint, cessurum ex animi senten  
tia, si species panis & calicem aspexerint, & interim  
hoc agit pirata laxatus ancoram, hoc agit Cari  
cus miles adornans deprædationem innocentium: hoc  
agit iniquus negociator, undecunq; lucrum captatu  
rus. Neque negligendus est mos laudatissimus, quo  
plerique conuiuum à precibus auspicantur, & actio  
ne gratiarum concludunt. Has tamen uelim è sacris  
literis depromi, & magis congruentes adhiberi, q̄  
à nonnullis adhibentur. Nos et ea que sumus sumptu  
ri, benedicat dextera Christi, huiusq; generis rhyth  
mos, ut non arbitror damnandos, ita malim ibi melio  
ribus cedere. Nec est necesse omnia infulcire in tales  
centones. Kyrie eleeson, nusquam non recte dicitur,  
sed alibi tamen aptius: Et beata uiscera Mariæ uirgi  
nis, pie cōmemorantur, sed his alibi locus erat. Pro

g 2      beneſ

## MODVS ORANDI PER

benemeritis fortassis ibi non intempestiuiter oratur .  
si paucis id fiat : pro rege , pro episcopo , pro pace , pro  
bello , pro ceteris nominatim orare , tempestiuus uide-  
tur aliâs . Illud probo , quod apud quosdam cōsecratio  
mensæ sacram lectiunculam habet adiunctam , unde  
conueniret & in conuiuio primum oriri colloquium .  
Rogabis forsitan quid sentiā de his , qui quotidie peri-  
soluunt liturgiam uirginis matris . Evidem hēc malo , quām quorūdam superstitiones ac magicis similli-  
mas preces , quāquām illud in his offendit , quod ea  
quæ in sacris literis de ecclesia sponsa Christi dicta  
sunt , deq; sapientia patris , qui est dominus Iesus ,  
detorquentur ad uirginem Mariam , tum quod quædā  
ibi petuntur à uirgine , quæ rectius peterentur à filio .  
Tu nos ab hoste protege , in hora mortis suscipe . Deo.  
rectius dicitur : libera nos à malo , & suscipe spiritū  
meum . Tametsi ne in his quidem est impietas , si q̄s  
simplicem affectum candide uelit interpretari . Simili  
affectu quidam in contionibus implorant opem uir-  
ginis , appellantes ea fontem omnis gratiæ . Nemo ne-  
gat plurimum honoris deberi sanctissime uirgini , cæ-  
terum ibi tempestiuus erat implorare spiritum Chris-  
sti . Mihi magis probantur hæ preculæ breuissimæ ,  
quas quidam quotidie dicunt de cruce domini . Nam  
numerosas preces quibus quidam euoluendis globulis  
certo numero repetunt precationem dominicam aut  
salutis .

DES. ERASMVM ROT.

salutationem angelicam, non omnino damnarim in la  
icis, nisi quidam ista facientibus prodigiosa quedam  
promitterent. Hic erat locus dicendi de uarijs uulgar  
ium precum superstitionibus, quæ non multū absunt  
à magicis precaminibus, sed propositis optimis oran  
di formis, non difficile fuerit reiwcere quicquid ab his  
discrepat. Nam error infinitus est, quum simplex sit  
quod rectum est. Itaque quemadmodum nullum quis  
dem tempus intempestuum est ad orandum, sed tamē  
id potissimum faciendum noctu, mane, ante cibum ac  
post cibum, sub noctem, diebus festis quibus ecclesie  
consuetudo conuocat omnes ad templum orandi gra  
tia: Sic apostoli domi quidem orabant quoties libe  
bat, nihilo secius tamen leguntur adisse templum, ad  
horam orationis nonam. Nonnunquam & ipsa res  
præscribit orandi tempus. Quoties urget afflictio,  
quoties impetit tentatio, confugiendum ad precatio  
nis præsidium. Nullum tam graue periculum, quod  
nō aut uites aut uincas si adhibeat feruens instans  
ac iugis oratio. De loco non nihil attigimus, quan  
quam de hoc idem sentiendum quod de tempore, cæ  
terisq; ceremonijs. Præceperat Moses ut Israëlitæ pe  
regre uiuentes, quoniam non licet adire templum,  
orarent facie in eam partem uersa, qua templū erat.  
Dominus noster orat in deserto, sed idem statis die

85 bus

## MODVS ORANDI PER

bus adibat templum. Paulus quum esset Hierosolymis ingressus templum sanctificat se ritu solenni, sed idem flexis genibus orat in littore. Orat & psalmit in carcere, non iam flexis genibus quum pedes haberet ligno constrictos, fortasse nec manus licet bat in altum tollere. Non est contemnendus locus precationi dicatus, nec multitudo conueniens orandi gratia. Libentius enim audit deus preces à multis unanimiter fusas, præsertim si sacerdos ueluti deo unicior eas offerat, tamen omnis locus homini Christiano templum est, cubiculum, culina, officina, nauis, uehiculum, equus, balneum, denique & latrina. Ipsum Christiani pectus templum est dei, circumfert suum propiciatorum, circuifert deum praesentem. Quo magis in te ipsum recesseris, hoc sacrauitus adytū ingressus es, hoc deo p[ro]f[und]e inquier factus es. Hæc est uere domus illa precationi dicata, quam dominus indignatur à pharisaicis hominibus uerti in speluncam latronum. Oportet quidem templum esse purum, sed tamen si fuerit inquinatus animus, orando purgatur. Idem prectione munitur, ne rursus sordibus occupetur. Id oportet subinde facere, quod hominum natura proclivis sit ad malum, & impurus ille spiritus gaudens conspurcare mentes spiritui sancto dicatas, nunquam non obambulat, insidians

DES. ERASMVM R O T.

ac tentans si quā possit irrepere . Quām si repererit purgatam quidem sed patcentem ac uacuam , non solus irrumpit , sed secum adducit alios septem spiritus ipso nocentiores . Nulla res certius communis & instruit animum nostrum quām precatio semper excubans , semper in foribus parata , ut retundat Satananam irrumpere conantem . Eadem instruit ornatus que domum uariā supellecstile uirtutum , semper alit quid nouæ gratiæ impetrans à benignissimo deo . Quod deerat , addit , quod aderat , auget , quod auctum est , seruat . Adeo nihil non præstat nobis assiduitas orandi . Vere dictum est militiam esse uitam hominis super terram , cui perpetua conflictatio est cum impijs spiritibus , cum carne , cum mundo , cum tot malis quæ uel mortalium uita secum defert , uel infert hominum improbitas . Aduersus hæc omnia , tutissima panoplia est precatio . Qui bellum gerunt cum hostibus , quot armis , quot copijs , quot munimentis curant ut in tuto sint , uallis , foßis , aggeribus , curribus , Elephantis , Onagris , uineis , clypeis , balistis , telis ; Et tamen hæc omnia quantumuis diligenter copiose &c comparata , sc̄ penumero fallunt . At sola deprecatione tutissimum est munimentum aduersus omnem uersutiam aut potentiam belligerantem ad

84 uersus

## MODVS ORANDI PER

uersus hominum salutem . Sat habet armorum Christianus , etiam si sit penetrandum ad inferos qui pre cationis clypeo protectus est . Hic obijciet aliquis il lus ex Euangelio : Non omnis qui dicit mihi domi ne dominus intrabit in regnum cœlorum , sed qui facit uoluntatem patris mei qui in cœlis est . Hæc uerba nō detrahunt precationi , sed addunt pie uiuendi studi um , sine quo precatio non est precatio , sed irrigatio . Qui dicunt dominus dominus , nec uerentur illius iussa per omnem uitam negligere , quid aliud quām ludibriο habent dominum ? At fieri non potest ut qui sub inde precatur ex animo , uel diu perseueret in peccatis , uel facile relabatur in peccatum . Cui contigit congregari cum Cæsare , iam factus ex eo colloquio superbior , non dignatur habere commercium cum for didis & abjectis hominibus : & homo qui modo cum deo miscuit colloquium , mox abibit in Satanæ familiariatem ? Qui semel impetravit à Cæsare ueniane facinoris ob quod plecti debuerat , summo studio cauet , ne cuius tantam clementiam paulo ante expertus est , mox ijsdem factis offendat . Aut qui munus aliquod insigne impetravit à Cæsare , nōnne sollicitate cauet , ne quo pacto alienet cum , cuius tantam erga se benignitatem expertus est ? Et homo qui modo scelerum omnium remissionem precibus impetravit à misericordissimo domino , protinus reuoluetur

ad

## DES ERASMVM R OT.

ad eadē? Aut qui orando tot animi dotes impetravit,  
mox à dei conspectu digressus se tantæ munificentie  
præbebit ingratum? Qui frequenter interpellat de-  
um pro fratribus suis, quomodo poterit mox eadem  
lingua lacerare proximum? Qui quotidie canit dei  
laudes, quomodo sustinebit eadē lingua blasphemias  
iaculari in eum, pro quo mortuus est filius dei? Humi-  
lis & abiectus animus patet omnibus dæmonum lu-  
dibrijs: deprecatio sublimem reddit animum gene-  
rosum ac fortē, omnibus bonis ac malis huius mundi  
superiorem, etiam uita ac morte. Qui cum bonis ui-  
ris habent diutinam consuetudinem, redundunt illos  
rum conuictu meliores. Et qui fieri potest, ut qui subi-  
inde cum deo loquitur, non reddatur illi similis? Deo  
nihil purius, nihil sublimius, nihil securius aut quieti-  
us. Quod si quis obijciat mihi monachos ac sacerdos-  
tes quosdā, qui totos dies ac noctes orant, canuntq;  
nec pilo reddūtur meliores, negabo illos orare, quod si  
uere orarent, proculdubio transformarentur. Deus  
spiritus est, neque quisquam cum illo colloquitur, ni-  
si qui in spiritu loquitur. Homo non auscultat gar-  
rulum ore sonantem quod ipse non intelligit, & deus  
audiet strepitū labiorum, quū cor procul sit à deo, for-  
tassis in scrinio, in popina, in cubili? Rursus obij-  
ciet aliquis, multos orare, quod non impetrant eti-  
am ex his qui uere & ex animo deprecantur. Hec

g. 5. non

## MODVS ORANDI PER

non est orationis imbecillitas , sed aut nostra culpa ,  
aut dei dispensatio . Non auditus est Paulus ter pres-  
catus ut liberaretur à Satana colaphis cädente , sed  
hoc magis expediebat . Si negat quod petitur , nostro  
bono negat : quemadmodum pater filio quem unice di-  
ligit sēpe negat quod petit , quod intelligat nocitu-  
rum quod petitur . Non est ista parentis duricies , sed  
pietas rectius consulentis filio , quām ipse consulat  
sibi . Si differt quod petimus , nostro bono differt  
ut quod petimus copiosius accipiamus . Quapropter  
impie , faciunt , qui protinus obmurmurant deo , si non  
datur quod petūt . Quid facis ô incogitans ? Opplorat  
tibi frater egens , & tu toties surdis auribus præteris ,  
nec tamen ille tibi obmurmurat , & si obmurmuret ,  
non feras , & tu deum incusas , nisi protinus dede-  
rit quod rogas ? Et interim quod tu fratrem clamans  
tem non audis , inhumanitatis est , quod te non au-  
dit deus , pietatis est tibi paternæ prospicientis .  
Quanquam & iustissima talio uideri posset , si no-  
bis essent aures dei surdae , quum nos surdas aures  
præbeamus egenti proximo , præsertim quum hac le-  
ge pactus sit nobiscum ex formula : Date & dabi-  
tur , remittite & remittetur . Impudenter petit remis-  
sionem peccatorum à deo , qui non condonat ueniam  
rogati proximo . Improbe poscit à deo preciosum ani-  
mi

D E S . E R A S M V M R O T .

mi donum, qui fratri egeno pernegat uilissimum num  
mum , aut uestem detritam, aut cibū paruo emptum.  
Proinde si quando non accipimus quod petimus à  
deo , procul absit impium murmur . Verum sic in /  
terpretemur, aut deum nobis daturum aliquid melius  
eo qd' petimus, aut differre quo nos donet capiosius ,  
aut esse iustum causam à nobis præbitam , quir non  
audiamur . Adoranda est benignitas uotum nostrū  
commutantis in melius: amplectenda est bonitas dif /  
ferentis in cumulum eius quod petimus: corrigen =  
da est culpa , quæ nobis obturat aures dei, quum ip /  
se natura sit exorabilis. Misericordia in proximum  
aperit aures misericordis dei. Inhumanitas in proxi  
mum obturat aures dei . Quid igitur supereft, nisi ut  
prolixum sermonem breui claudamus epilogo ? Si  
dignitas queritur precationis , angelorum est pecu /  
liaris , qui iugiter assistunt deo, cum illo colloquen -  
tes , illi canentes hymnos , illum pro nobis interpel /  
lantes , ac uota nostra deferentes . Si autoritas , hoc  
suffugium nobis monstrauit ipse deus. Si exemplum,  
patriarcharum ac prophetarum regum est ac sa /  
cerdotū, quod ipse Christus cōprobauit, apostoli no -  
bis tradiderunt . Si utilitas, sine hac nihil nobis largi /  
tur deus, et per hāc nihil non largitur. Si qd' tutos red  
dit spectatur, hoc unico telo tuti sumus aduersus oīa  
que

## MODVS ORANDI

quæ potestas aduersa potest intentare. Quid igitur prius amplectendum, aut sollicitius exercendum homini Christiano quam deprecatio, sed sincera, sed fruens, sed assidua, sed operibus misericordiae commenda data? Hoc munusculum Hieroslae nobilissime, quod non ante natum erat, quam tibi dedicaretur, sed tua causa suscepimus est, ut esset, quo uicissim nostri absentis commonefieres, si tibi probabitur, non grauaberis idem optimis fratribus tuis Ioanni & Stanislaus communicare, si habes aliquid in hoc arguento melius, sequere quod melius est, sed interim hunc nostræ promptæ uoluntati, saltem hoc præmij respondes, ut quod habes melius, uelis nobis esse communem.

## MODVS ORANDI PER DES.

ERASMVM ROTERODA:

MVM ABSOLVTVS.

**BASILEAE APVD IOANNEM  
FROBENIVM MENSE  
MARTIO.**

**ANNO M. D. XXV.**

